



11.

1.

2.

33.6  
2

4.

5.

6.

7.

8.

1723.

1. Gobel, Ich. Enchelius: De origine et progressu literarum obligacionis.  
 2. Gobel, Dr. W. Schelius: De notariis  
 3<sup>o</sup>, 6<sup>o</sup> Gobel, Ich. Enchelius: De concubitis circulibus.  
 2 Sept. 1723 - 1786.  
 4. Hahn, Simon Fridericus: Observations quaedam, iuri publici  
 et metris aeri more.  
 5. Leyserus, Augustinus: Re iniquitate aspectentium  
 6. Leyserus, Polycarpus: Re primis iuris Germanci scriptis  
 incannabaliis. 3 Sept. 1723, 1732  
 7. Leyserus, Polycarpus: Capitata de flore academiarum  
 promovendo in noctis conuentu studiorum universitatis  
 et latis ita exhibita.  
 8<sup>o</sup>, 6<sup>o</sup> Leyserus, Polycarpus: Re pristinis cedaveris  
 inspectione i*u* honestatis. 3 Sept. 1723, 1732

1723.

2<sup>o</sup> Trerus, Gottlieb Sam : Disquisitio optima legitimeque  
rationis componentia. Dissidia circa statum religiosum  
in Germanico imperio existata. 2 Sept. 1750 - 1756

10<sup>o</sup> Trerus, Gottlieb Samuel : De cunctis corporis evange-  
liis 1 Sept. 1723 - 1741.

equo

756

ge.

C

AV

SV

2,80.  
1723, 2  
2  
**DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O ACADEMICA  
DE  
NOTARIIS  
QVAM  
P R A E S I D E  
JO. WILHELM OGEBEL**

J. V. D. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA  
REGIO DVCALI JVLLIA P. P. O.  
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO  
*ÆTERNUM COLENDO*  
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI  
AD DIEM X DECEMBR. MDCCXXIII.

S V B M I T T I T  
**LVDOVIC. JVLIUS VRBANVS**  
*Frænænfeldt*  
WOLFFENBUTTELENSIS.

---

HELMSTADII,  
LITERIS IOHANNIS STEPHANI HESSII.

N. S.

ACADEMIA  
S. CAROLINAE  
IN  
THEATRIS COMMUNIBUS  
ALMA MAGISTRAZEVOMERI  
PRO SPANIAZAPOLY  
OVS CLOVIOZDIDICAT  
CLOVIOZDIDICAT  
TITUS  
THEATRUM CIVILE QVI QVI  
CLOVIOZDIDICAT  
CLOVIOZDIDICAT

SCULPTORI  
JACOBUS

PRÆSES  
RESPONDENTI SVO

S. P. D.

Diligentiae tuæ publicum extare cupiens  
testimonium, Dissertationem de Notariis  
in Cathedra tueri academica constituisti. Co-  
gnoscent inde viri docti; Te, ut solent non-  
nulli, exercitia disputantium non despici-  
cere. Enimvero haec sunt, quae ingenio vela  
secunda dant, et veritatis scrutationem haud le-  
viter promovent. Elegisti thema, forte quam-  
pluris-

plurimis non reconditae satis sapientiae visum;  
sed noli morari ineptulorum censuram. Co-  
gites Tecum animo, quae apud Philosophum  
habentur : (\*) Quocirca Anaxagoram Tha-  
letem caeterosque tales viros, sapientes quidem  
esse dicunt, prudenies vero nequaquam, cum  
videant eos, quae sibi utilia sunt, ignorare; at-  
que eos fatentur, recondita quaedam et admira-  
bilia, et difficilia et divina tenere, sed inutilia.  
Tu Jctorum auditoria, rei sanctissimae, civi-  
lis nempe sapientiae, et non simulatae philoso-  
phiae cupidus, indefessus frequentasti, nec sine  
lucro; dogmata enim, quibus non tinctus,  
sed imbutus es, Reipublicae aliquando usui esse  
poterunt. Precor, ut condignum laboribus Tuis  
brevi appareat praemium, atque ut omnia Tibi  
ex voto fluant. Dabam in Academia Julia d.  
21. Decemb. MDCCXXIII.

---

(\*) Eudemiorum lib. 5. c. 7.



# CAPVT I. ANTIQUIORA QVAEDAM DE NOTARIIS SISTENS.

## §. I.



Vi animi sensa notis exprimere callebant,  
Notarii dicebantur. (\*) Sunt autem notae,  
prout a Siglis vel literarum compendiis  
differunt, imagines vel signa, ad dictata  
celerius excipienda, vel tegenda illa, quae  
non cuivis patere debebant, excoxitata.

## §. II.

Sigla, sive literae singulariae sine coagmentis syllabarum,  
ut a GELLIO (\*\*) vocantur, sunt literae singulae vel plures, in  
tegram vocem significantes. Vtpote, A. Aulus vel Ager; Adi-  
Adjutor; Cipp. Cippus, S. C. Senatus consultum, (\*\*\*) com-  
prehen-

(\*) HIERONYMVS epist. CXL. ad Principiam; mea autem lingua in si-  
militudinem scribae velocis, quem Notarium possumus intelligere,  
quodam signorum compendio, breviatum evangelii scriptumque  
sermonem exaravit in tabulis cordis carnalibus, vid. Baluzii  
notas ad acta Martini, p. 476 Mifell, tom. 2. (\*\*) lib. 17. c. 9.  
(\*\*\*) CVIACIVS lib. 12. Obl. 40. CANGIVS in glossario voce sigla, PETR.  
GREGOR. de republ. l. 6. p. 1109.

prehenduntur sub notis late sumtis. (\*) Huc spectant VALERII PROBI, MAGNONIS et PETRI DIACONI de notis literarum libelli, (\*\*) quos LINDENBROGIVS Luggd. Batavor. anno 1549. editos notis illustravit, prioresque duos NICOLAVS tractatione de siglis veterum inseruit. Alios quoque habemus, qui recensendis et explicandis siglis operam dederunt, quorum numero sunt GOHORIVS, VRSATVS et HENRICVS ERNESTVS, qui PROBI libellum ex manuscriptis longe auctiorem Sorae anno 1647. typis excscribi curavit. (\*\*\*) Quo certius est, varias fuisse figlas, eo incertius est, quem primum habuerint autorem. Enimvero erant siglae vulgares, erant et juridicae et militares, imo in inscriptionibus et numismatibus, ut alia sileam, literarum conspiciebantur compendia. (\*\*\*\*) Quae in juris Canonici voluminibus reperiuntur singulariae, a SERPILIO in compendiosa juris Can. delineatione delibatae sunt. Siglarum rationem aliquo modo referunt monogrammata, ab Imperatoribus olim et Regibus adhibita. Carolum Calvum primum, ut et nummis gallicis imprimerentur, instituisse ferunt. (\*\*\*\*\*) De aliis, quae ad monogrammata spectant, videndum MABILLON. (\*\*\*\*\*)

## §. III.

(\*) FESTVS p. 336. apud Dionys. Gothofr. in autor. latinae linguae, GONZALEZ DE TELLETZ in libr. 2. decret. tit. 22. p. 508.

(\*\*) DIONYS. GOTHOFR. in autor. lat. ling. p. 1454. sqq.

(\*\*\*) SVARESIVS in notitia vet. jur. reliq. §. XII.

(\*\*\*\*) ISIDORVS originum libr. I. p. 836. 837. apud DIONYS. GOTHOFR. NICOL. de Sighis veterum c. 4. scqq. PATINI introductio ad Histor. numismatum c. 21.

(\*\*\*\*\*) SIRMONDVS apud Baluz. t. 2. p. 791.

(\*\*\*\*\*\*) de re diplomatica libr. 2. c. X. §. X. scqq. CANGII comm. ad ANNAE COMENAE librump. p. 253. Monogrammatum usus vix Friderici III. tem. porta excedet.

## §. III.

Vocabuli notare et notarum varii sunt significatus, quos recitat BRISSONIVS (\*) §. 4. Notas autem in strictiori significazione, quatenus imagines denotant, a literis discrepare, veterum ostendunt loca. (\*\*) Erant autem signa, ut a Plutarcho in Catone vocantur, vel notae proprie dictae, imagines vell literae imaginum rationem habentes, aut imaginibus additae. (\*\*\*) Hujusmodi notis exaratum Codicem in Bibliotheca Colbertina existit, docet MABILLON. (\*\*\*\*) Reperiebatur quandam psalterium ad eundem modum descriptum Argentine in Bibliotheca majoris Ecclesiae, (\*\*\*\*\*) quod jam exornat Bibliothecam Augustam, quae Guelpherbyti est, ad quam, ultimo Pomerniae Duce, cui ab Auguſto erat donum, mortuo, revertit. (\*\*\*\*\*). Exempla quedam notarum, ut adjiciam, forte lectori non ingratum erit.

A 3

habet

(\*) de verb. signif. lib. XII. p. 1344. seqq.

(\*\*) Leg. 40. ff. de testamento militis, l. 9. §. 4. de hered. instituendis l. 23. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. Petri GREGORIVS de republ. lib. 16. c. 1. p. 1111. Lips. Cent. I. Epist. 26. ad Belgas p. 528. 529. CVIACIVS l. c. MABILLON de te diplom. l. 1. c. XI. §. VI. p. 48. MONTFAVCON in palacogr. graeca lib. 5. c. 1. p. 344.

(\*\*\*) NICOLAVS l. c. c. 2.

(\*\*\*\*) l. c.

(\*\*\*\*\*) Tritheimius in polygraphia lib. 6.

(\*\*\*\*\*). Ut patet ex his, quae Serenissimus ille Princeps ad locum Tritheimi, notis romanorum veterum; a Giutero editis, praemissum, propria manu annotatis. Novimus haec induita illustris Herteli.

**H** habet **J** indixit **K** interdixit **E** in republica

**C**l vir **G** utriusque **V** Justitiae

**H** haud multum **B** Britannicus

**S** **s** Alexandricus

#### §. IV.

Varia notarum erant genera, ut ex NICOLAI tractatione de siglis veterum patescit. Tyronis notas, quas aliqui Ciceronis dicunt, a S. Cypriano multiplicatas, et Senecae Gruterus e Bibliothapiis eruit, ediditque. Cui primordia debeant, dubium est. Sunt qui Xenophonti tribuunt. Primus omnium ait DIOGENES LAERTIVS in vita ejus, (\*) quae dicebantur notis excepta, in publicum edidit. Alii ad Ciceronis libertum Tyro nem referenda putant. Notas studio deinde tertii Persennii Phylargii, non Ennii, et Aquilae Mecaenatis liberti ingenti auctas esse incremento perhibent. Postea Lucius Annæus Seneca opus in quinque millia extendit. (\*\*) Sed videtur altius ascendendum

ad

(\*) p. m. 63.

(\*\*) Pet. DIACON. ad Conrad. 2, Epist. apud Dionys. Gothof. I, c. p. 1498.  
Lil.

ad Hebraeorum et Aegyptiorum tempora, quibus non infrequens fuit sua symbolis. Hieroglyphicis notis, et figuris involvere. (\*) Habuerunt et Normanni ac Dani veteres occultum scribendi modum. (\*\*) Sunt et Chinensibus sui characteres. (\*\*\*)

## §. V.

Veteres, quae meditati erant, dictare solebant. (\*\*\*\*) Triplex autem scribendi ratio (\*\*\*\*\*) Romanis in usu fuit. Aut enim verbis integris, quae pluribus literis ac syllabis constarent, scribant; aut literis singulis, aut notis, a quibus Notarii appellabantur. Qui pluribus literis ac syllabis scribabant, librarii dicebantur  $\chi\alpha\lambda\lambda\iota-\chi\rho\alpha\phi\iota$ . PLVTARCHVS in Catone Uticensi (\*\*\*\*\*\*) ait: *Hanc solam orationem Catonis (qua pronunciabat, quid in Lentulum Cerbegum aliosque conjuratos statuendum esset) servatam ferunt. Cicero Consule velocissimos scriptores deponente, atque docente, ut per signa quadam et parvas brevesque notas multarum literarum vim habentes dicta colligerent, nondum enim repert erant, qui Notarii appellantur, sed tunc primum hujus rei vestigium ferunt exiisse*

HIE.

LIPSIVS p. 526. chiliad. select. epistolar. FRANCISCVS POLLETVS in Histor. for. Rom. I. V. c. XII, p. 504. BULLENGERVS de imperio Rom. lib. IV. p. 443;

(\*) JAMBLICHVS de mysteriis Aegyptiorum lib. I. c. 2. et lib. 14. c. 14. PETR. GREGOR. de republ. lib. XV. c. 1. HVGO de prima scribendi orig. c. XVIII

(\*\*) Conf. WORMIVS de literatura Danica antiquissima, vulgo Gothicā dīcta p. 69.

(\*\*\*) NOVVEAVX memoires sur l'état présent de la Chine par le PÈRE COMTE tom. I. p. 265. seqq.

(\*\*\*\*) GRONOVI obis. in Script. Eccles. c. 23. Dn. de ECCARD. in notis, ad prologum legis Salicæ p. 4.

(\*\*\*\*\*) BULLENGERVS de Imperia rom. lib. IV. c. IV. p. 442.

(\*\*\*\*\*\*) LAP. FLORENTJNO interprete p. 290.

HIERONYMVS: (\*) extemporalis dictatio, inquit, est tanta ad lucernulae facilitate profusa, ut Notariorum manus linguam praecurreret, et signa ac farta verborum velibilitas sermonis obrueret. Docebantur notare et pueri ingenui illustrique loco nati. SVETONIUS Augustum tradit (\*\*) nepotes et literas et notare aliaque rudimenta per se plerunque docuisse. Idem in Tito (\*\*\*) Et pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, euns amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitarique chirographa quaecunque vidisset: ac proficeri, saepe se maximum falsarium esse potuisse. Adhibebantur notae in publicis privatisque actibus. Cum autem notae et signa saepe dolis et erroribus ansam praebenteret, Iustinianus in Constit. de veteri jure enucleando, ne illa in libris legum adhiberentur, jussit, atque in transgressores gravem admodum statuit poenam. (\*\*\*\*)

## §. VI.

Siglis et notis Romanos usos esse, si quae occulte scribenda erant, constat ex sequentibus GELLII (\*\*\*\*\*) verbis. Est adeo Probi Grammatici Commentarius satis curiose factus de occulta literarum significatione, epistolarum C. Caesaris scriptarum. Non solum autem haec scribendi latebrae, Germanis Taciti tempore ignotae, in contexendis amoribus furtivis parabantur, sed et, si quae hosti aut vulgo occultanda erant, usui fuerunt. (\*\*\*\*\*). Postquam C. Flavius scriba formulas actionum a prudentibus compositas eval-

(\*) de vitand. iusp. apud Lipl. l. c.

(\*\*) in vita ejus c. 64. non ignoror, esse qui hic legunt naturae, vide CASAV-BONVM in nouis apud GRAEVIVM p. 220.

(\*\*\*) c. 3. apud GRAEV. p. 633.

(\*\*\*\*) BRVNNEM, in tract. de concursu cumulat, et transmiss. actionum p. 117.

(\*\*\*\*\*) l. XVIII. c. 9. n. 12. vid. quoque Cicer. Epist. 32, lib. 13, ad Attic.

(\*\*\*\*\*\*) GELLIUS l. c.

evulgavit, omnes quae deinceps a Jureconsultis compositae sunt formulae, notis vel siglis exprimebantur, ut, si forte rursus publicarentur, a populo non possent intelligi. (\*) Hanc formulorum notis describendarum rationem, non autem omnes juris formulas, Constantinus (\*\*) abrogasse videtur. (\*\*\*)

## §. VII.

De iis, quae circa Notarios grammatica sibi vindicat, (\*\*\*\*) parum amplius solliciti; monebimus tantum, voces Chartularii, Tabularii et Tabellionis, Apocrisiarii, Referendarii, Cancillarii, aliasque (\*\*\*\*\*) Notarii interdum fuisse synonyma. Penes Romanos rei notariae periti publicis saepe muneribus, quae literarum compendia requirebant, praeficiebantur, atque inde nomen assumentebant, retento tamen non minus generali Notariorum vocabulo. Igitur si custodientis chartis publicis et tabulariis praesiderent, Chartularii et Tabelliones sive Tabularii dicebantur. Hi conscribendis tam publicis, quam privatis documentis adhibebantur (\*\*\*\*\*). Eorum certum numerum provinciis et civitatibus, etiam posterioribus temporibus, esse datum, constitutio Friderici I. docet. (\*\*\*\*\*)

## B

## §. VIII.

(\*) RAEVARDVS de auctoritate Prudentum c. 2. p. 95f. t. 2. opp.

(\*\*) L. 1. C. de form. et impetr. act. subl.

(\*\*\*) BRVNNEM. l. c. p. 116. c. 1. de cumulat. action. §. 7. 8.

(\*\*\*\*) BRISSON de verbis, significatione lib. 12. p. 1347.

(\*\*\*\*\*) Ven. Abbat. SCHMIDII dissert. de Notariis Ecccl. c. 2.

(\*\*\*\*\*\*) BVELNGERVS de Imper. Rom. lib. 4. c. 8. p. 448.

(\*\*\*\*\*\*) LINDENBROGIVS in glefs, sub, vob Notarius Leg. Sicul s. Neapol. L. 1. tit. 7. p. 744. apud LINDENBROG. in C. Leg. antiqu. vid. quoque MARTENEVS et DVRANDVS tom. I. p. 115, IV. anecdote. p. 278.

## §. VIII.

Corpus, quod sub Primocerio (\*) sive Protonotario erat, tres complectebatur ordines. Alii Tribuni & Notarii honore Tribunis Prætorianis aequati, qui cunctos à Romano Principe ad dignitatem profectos laterculo majori sive codici inserebant ; Continebat autem codex vel commentarius Principis dignitates tam civiles, quam militares administrantes, eorumque insignia et stipendia, cum Magistratus codicillis et Principis mandatis. Alii domestici vocabantur, quod Imperatori essent a secretis, cuius arcana scribebant ; quos Gratianus (\*\*) vocat familiares suos ; Ultimus ordo erat inferiorum Tribunorum Notariorum. (\*\*\*)

## §. IX.

Si recte coniicio, Franco-Galli ad imitationem Romanorum Graecorumque publicum Notariorum admisere usum, Carolus Magnus in Capitulari III. anni 803. c. 3. sanxit, ut Missi Scabinios advocates Notarios per singula loca eligerent, (\*\*\*\*) Notario-

(\*) Origen de las dignidades seglares de Castilla y Leon por SALVADOR DE MENDOZA  
I, z. c. 6, p. 41. Primocerius biennio manebat in officio, quo transacto  
ei succedebat Secundocerius seu adjutor, cui Tertiocerius &c. qui secundum,  
tertium et quartum in laterculo habebat locum, PANCIROLVS p. 143.

(\*\*) in leg. pen. C. Theodosi.

(\*\*\*) PANCIROLLI comment. in notit. Imperii Orient. p. 143, 144. AM-  
MIANVS MARCELLINVS in lib. 17. c. 5 et VALESIVS ap. GRONOV. p. 129.

(\*\*\*\*) BALVZIUS Tom. I. p. 593. vid. et Lib. 6. Capit. art. 218. ut et Capit.  
Carol. Magni de anno 803. c. 3. quod repetit lib. 6. Capit. art. 256. ap.  
Baluz. tom. I. p. 966. conf. quoque MABILLON de re diplomatic. lib. 2,  
c. 13. In testamento Ephibii, Abbatis sub Childeberto, agitur de Notario  
libellarjo publico. Saepe quoque in legibus Ripuariorum et Longobardorum  
mentio Notariorum inititur. Aberat itaque GVICHENON, in  
Hist. Baugiacensi p. 141. afterens, anno 1187. Notarii publici officium non  
dum in uso fuisse. Tales etiam iam tum antea Italianam habuisse, ex  
VGHELLIO t. 8. col. 730, 731, 737, constat.

tariorum deinceps certum constitutum esse corpus, idque a longis temporibus in Francia sub moderamine Archicapellani vel Archicancellarii, qui Primicerii vel Pronotarii dignitatem retulit, (\*) durasse, videtur. Suadenthoc verba (\*\*) constitutionis Caroli VIII. de anno 1484. qua Collegio illi nobilitatem ad posteros transmittendam largitur : *C'est pourquoi les Serenissimes Roys nos predeceſſeurs ont été pouſſés à appeler par devers eux les Clercs Notaires et Secrétaires fidèles à eux et à la maison de France très instruits aux bonnes arts et expériences des affaires, et dresser un colleſe composé du nombre de Soixante.*

## §. X.

Ex tali collegio petebantur Referendarii, Apocrisiarii & Cancellarii, qui generali Notariorum nomine saepe compellati sunt. Interventum vero uni diversa committebantur munera, et obinde diversis nonnunquam indigitabantur vocibus. Crederes fortassis, Referendarium plerumque lecreta Principis cum subditorum precibus, Cancelleriarum publica negotia secularia, et Apocrisiarium Ecclesiastica curasse, quorum quilibet suos habebat subordinatos ; omnes tamen sub Archi. Cancellario erant. (\*\*\*) Referendarii Romanis fuerunt, qui supplicium desideria Principi offerebant, simulque eius iussa et responsa exponebant. (\*\*\*\*) Eodem munere, ut notavi, fungebantur apud Francos. Et hunc in finem Referendariorum pri-

B 2 mus

(\*) vid. tamen MABILLON de re diplom. lib. 2, c. 21, p. 115.

(\*\*) Conf quoque les recherches de la France par PASQVIER liv. 4. p. 381. et CHOPPINVM de Domano Gallico l. 3, tit. XXI. p. 423.

(\*\*\*) vid. tamen MABILLON de re diplom. lib. 2, c. XI, p. 112, seqq. et DV GANGE in Gloss. sub. voc. Apocrisi. et Referend.

(\*\*\*\*) Novel. 110, et 113, CASSIODORVS lib. 6, c. 7.

mus (\*) annulum Principis tenebat. (\*\*) Largior tamen Referendarium interdum Cancellarii munere functionum, et deinde hanc dignitatem ei constanter junctam esse. Testatur hoc SIGEBERTVS ad annum 637. Referendarius, inquiens, dicebatur, ad quem publicae conscriptiones referebantur, ut per eum annulo vel sigillo Regis confirmarentur. (\*\*\*) Apocrisiarios ecclesiasticas res curasse, atque inde Responfales negotiorum ecclesiasticorum dictos, Hincmarus de ordine Palatii (\*\*\*\*) scribit.

### §. XI.

Inter praecipua autem Cancellarii, ex quo vocabulum vulgarem significatum amisit, munia erat, Regiis subscribere Diploma

(\*) En France il y avoit des Referendaires, qui presentoient les regentes et chartes au Roy, pour les signer et souffrager de son chiffre. DV CHENE dans l'Histoire des Roys, Ducs et Comtes de Bourgogne tom. I. p. 92.

(\*\*) GREGORIVS Turonensis lib. 5. c. 3, et c. 22. In vita B. ANSBERTI dicitur : coepit esse aulicus scriba doctus conditorque regalium privilegiorum, et gerulus annuli regalis, quo eadem signabantur privilegia. Conf. PITHOREI gloss. ad libros Capitul. ap. Baluz. p. 71. Une chronique ancienne exprimant sa charge (du grand Renseignement,) l'appelle conducteur des chartes et Royaux privileges, et porteur de l'annel du Roy. Celui ci est apres nomme Chancelier. Il tient le second rang entre les Officiers de la couronne, et est le chef de la justice de tout le Royaume. DV CHENE l. c. p. 96.

(\*\*\*) C. 13. 16. vid. du CANGE in Gloss. t. 1. p. 254. edit Paris.

(\*\*\*\*) Apud DV CHENE Scriptorum Franc. t. 2. p. 490. 49. (ubl art. xxii. multa Adelhardo Corbeiensis monasterii Abbatie se debere testatur). Apocrisiarii munus tempore Constantini Magni mitium sumissile docet, addicque c. 16. et 19. Apocrisiarium a Francis Capellatum vel Palatii custodem esse dictum. In antiquioribus confuetudinibus Cluniacensibus apud d.

ACHERI

plomatibus, ad vicem Archi-capellani vel Archi-Cancellarii (\*) Non desunt Diplomata, ubi Cancellarii loco Notarii nomen habetur. (\*\*) Diploma Caroli Magni de anno 790. refert Heretum Notarium ad vicem Lutwardi Cancellarii recognoscentem. (\*\*\*) Chartam Ludovici Wulfidus re legit, et aliam ejusdem Imperatoris Audacer Notarius ad vicem Wulfidi recognovit. (\*\*\*\*) Sub Diplomate Ludovici anno 832. (\*\*\*\*\*) reperitur: Hirmimarus Notarius ad vicem Theognis, et sub alio ejusdem Imperatoris habetur: Hirmimarus Notarius ad vicem Hugonis recognovi. Diplomati Hludovici de anno 838. subscriptis Hatmudus Notarius ad vicem Halduni. (\*\*\*\*\*\*) Diploma Lotharii de anno 844. Remigius Notarius ad vicem Agilmari recognovit; (\*\*\*\*\*\*) ejusdem Imperatoris Diploma aliud subscriptis Guisiprandus Notarius ad vicem Antonii Episcopi et Archi-Cancellarii. (\*\*\*\*\*\*) Sub Diplomate Hludovici Germanici de anno 845.

B 3

occurrit

(\*) ACHERI in spicilegio t.2.p.191. dicitur Apocrisiarius, qui custodit Ecclesiae thesaurum, et in cuius manu est, quicquid a popularibus ad altaria offeratur. BIGNONINAE notae ad Marculsum apud Baluz, T. 2. p. 912.

(\*\*) MABILLON l. c. lib. 2. c. XI. §. 9. In nonnullis Diplomatibus, omissa Archi-Cancellarii mentione, solus Cancellarius subscriptus. vid. Diploma Conradi in Metropoli Salisburgensi Tom. I. p. 16. nov. edit.

(\*\*\*) ACHERIUS l.c. lib. 2. c. XI. seqq. DOVBLET dans l' Histoire de l'Abbaye de S. Denis, p. 716. 717. 821. 823.

(\*\*\*\*) GEWOLDVS de Septemviratu p. 83.

(\*\*\*\*\*) DOVBLET l.c. p. 730. 736. ut et p. 431. p. 739. 742. 744. 775. 776. 777. 778. 781. 784. 785. 788. 790. 792. 801. 804. 811. 812. 813. 815. 825. 828. 836. 850. 853. 854. 870. SPELMANNI gloss. p. 431.

(\*\*\*\*\*\*) SCHATEN in Annalibus Paderbornen, p. 91. 92. 98.

(\*\*\*\*\*\*) SCHATEN Annal. Paderborn l. 2. p. 117. et p. 119. ubi Glorius Notarius ad vicem Hugonis recognovit.

(\*\*\*\*\*\*) SCHATEN l. c. p. 128.

(\*\*\*\*\*\*) PLACIDO PVCINELLI nella Cronicade l' Abbadi Fiorentina p. 189.

occurrit Dominicus Notarius ad vicem Radleci recognoscens. (\*) In fine Diplomaticis Conradi I. de anno 914. reperitur Salomon Cancellarius ad vicem Pigri Archi - Capellani recognovit. (\*\*) Diplomati Henrici de anno 927. Simon Notarius ad vicem Herigeri Archi-Episcopi Capellani subscriptis. (\*\*\*) Sub Diplomate ejusdem Germanorum Regis de anno 931. videmus nomen Simonis Notarii, qui ad vicem Hilberti Archi-Capellani recognovit. (\*\*\*\*) Diplomati Ottonis I. de anno 936. subjectum est : Adaldat Notarius ad vicem Hildeberti Archi-Capellani *reco-*  
*gnovi.* (\*\*\*\*\*) Est apud SCHATENIUM aliud anni 936. Diploma, cui Poppo Cancellarius nomine Hilberti subscriptis. Imo Adalda  
seu Adeltag sub diplomate memorati Imperatoris de anno 937. vocatur Cancellarius. (\*\*\*\*\*\*) Sub Diplomate Ottonis (\*\*\*\*\*\*) reperitur subscriptio : Teubaldi Notarii et Judicis Imperatoris aliorumque Imperatoriorum judicum.

### §. XII.

Fateor, non ita frequentia esse seculi XI. et XII. Diplomata, in quibus Cancellarii vel Vice-Cancellarii locum Notarius occupavit; sed Proceres plerumque Diplomatibus, in primis momenti ejusdam (quod et sub prima Francorum stirpe et

po-

(\*) Plura huius tenoris apud SCHATEN aliasque chartarum Collectores existant, vid, quoque Monumenta Paderbornensis p. 45. WILH. HEDA in Histor. Ultraject. p. 70, WENCKERS de Archivis p. 625.

(\*\*) HEDA in Hist. ultraject. p. 73.

(\*\*\*) SCHATEN I. c. p. 272.

(\*\*\*\*) SCHATEN Annal. Paderborn, T. I. p. 266, HEDA in Historia Ultrajectina p. 80.

(\*\*\*\*\*) SCHATEN Annal Paderb. lib. 4. p. 277.

(\*\*\*\*\*\*) KETNERI Hist. Eccles. Quedl. p. 4. et Diplomat. Quedlenb. p. 7.

(\*\*\*\*\*\*) Apud PVCINELLI nell' Historia de l'Abbadia Fiorentina p. 195.

postea saepe obtinuit,) subscriebant, ut testes, (\*) aut etiam Cancellarius vice Archi-Cancellarii ea recognovit. Meretur tamen notarii, sub Charta Ottonis IV. de anno 1198. (\*\*) sequentia reperi verba: data per manum Morandi Regalis Aulac Protonotarii.

## §. XIII.

Dubium itaque nullum superest, quin Notarii aliquando Cancellariorum vices habuerint. An autem Archi-Cancellarii loco Notarii nomen unquam positum sit, in ambiguo est; asserit quidem illud LYNCKER, (\*\*\*) sed nullam addit probationem. Non ignoro, Eginartum Archicapellanum et Notarium Imperatoris in perpetuilo MSto Laurishaimensi dici; (\*\*\*\*) Atque praecepto Lotharii de Leutis et Capella de anno 855. (\*\*\*\*\*) subjicitur: Hilduin venerabilis Abbas nostraque Aulac Archi-Notarius. Sic et sub Diplomate Ottonis III. (\*\*\*\*\*\*) reperitur: Heribergus Cancellarius vice Petri Episcopi Notarii; sed sunt, quae hisce plenam adhibere fidem, dissident.

## §. XIV.

(\*) Idem in Germania in Imperatoris Principumque chartis locum habuit. Vide passim Diplomatum Collectores. In Anglia ante tempora Richardi secundi ex sanctioribus Consiliariis, qui aderant, Diplomatibus subscrybabant sub Formula: *His testibus.* Sub primo autem anno dicti Regis haec formula invaluit: *In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes:* *Teste me ipso.* WILLIAM NICOLSON English Historical Library Par. 3. p. 3.

(\*\*) SCHATEN Annal. Paderborn, lib. IX. p. 922. Adebat charta Ottonis Ducis Brunsv. super Advocatia in Hilgenf. ann. 1239. in qua Sigfridus Archiepiscopus Moguntinus vocatur: *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius et Procurator.*

(\*\*\*) LYNCKER de Archivis Imperii ap. WENCKER. p. 93.

(\*\*\*\*) Schediasma alterum de Referendariis et Cancell. Franciac ap. WENCKER. de archiv. p. 745.

(\*\*\*\*\*\*) Spicilegium ACHERIANVM tom. II, pag. 115;

(\*\*\*\*\*\*) PVCINELLI I, c. p. 196;

## §. XIV.

Forsitan benevolo Lectori non ingratum erit, ut, antequam ad ea, quae ad Notarios, tempora nostra proprius attingentes, attinent, progrediamur, de Diplomatū subscriptionibus unum aut alterum adhuc annotemus. Ex subscriptione Diplomatū argumenta pro fide eorum arcessere, vix licebit. Mira enim subscriptionum unius ejusdemque temporis occurrit varietas. Exhibit Dubletus (\*) Diplomata, quibus nihil subjicitur, quam e.g. Franco, Budilo etc. recognovit: imo (\*\*) recenset ejusdem Regis chartas, quibus nihil nisi signum Pipini (\*\*\*) glorioissimi Regis subditum. Sub Diplomate Caroli Magni (\*\*\*\*) habetur: Hetherius recognoscens mentio injicitur. Dicitur etiam Rado ad vicem Hetherii recognovisse. Plures erant Notarii, qui per vicees Diplomatici subscribebant. (\*\*\*\*\*)  
Nonnunquam plures Notarii eadem vice subscriperunt. (\*\*\*\*\*)

## §. XV.

Saepe Notarii aut Cancellarii vox cum Archi-Cancellarii vel Archi-Capellani nomine, ad cuius vicem fiebat recognitio,

con.

(\*) pag. 693.

(\*\*) pag. 700. 703.

(\*\*\*) vid. etiam A. &amp; sanct. MABILLON Sc. IV. p. 2. fol. 121, ubi Ludovici Pii Diploma de 834. et eiusdem Sc. IV. Benedict. p. 2. fol. 576. et lib. de re Diplom. p. 522.

(\*\*\*\*) pag. 704.

(\*\*\*\*\*) pag. 708. 710.

(\*\*\*\*\*) Doublet, dans l' Histoire de l' Abbaye de S. Denis pag. 711. 712. Origo inde videatur repetenda, quod Domestici plerumque semestre quotannis in aula ministriare, et aedifici obstricti essent, unde plurimi, qui simul idem munus gerebant, occurserunt nomina. Chifletii praeft. Aulae Sacrae Principum Belgii pag. 213.

(\*\*\*\*\*\*) Ottonis III. Diploma apud PVCINELLI l. c. p. 201.

coniungebatur; saepe soli Notarii vel Cancellarii subscribabant. Aliquando eius tantum nomen, qui recognovit, et ad cuius vicem est recognitum, (\*) aliquando etiam dignitas apponitur. Sub Diplomate Conradi II. de anno 1031. reperitur: Odalicus Cancellarius recognovit, et sub alio eiusdem anni, Odalricus Cancellarius vice Aribonis Archi-Capellani recognovisse dicitur. (\*\*)

### §. XVII.

Notarii, saepissime ex Cleri ordine, Capellanorum aut Diaconorum munere fungebantur, et sic le interdum Diaconos et Capellanos tantum dicebant. Diploma Caroli Magni de anno 813, Gunterius Diaconus ad vicem Erkenbaldi recognovit. Sub Diplomate Ludovici (\*\*) habetur recognitio: Hirnmarii Diaconi ad vicem Fridigisi. Sub Diplomate Ludovici Germaniae Regis talem videmus subscriptionem: Walto Sub-Diaconus ad vicem Weigarii. (\*\*\*\*) Ejusdem Regis Diploma de anno 853, ab Alberto Sub-Diacono ad vicem Balderici Abbatis recognitum est. (\*\*\*\*\*) Roberti Diplomati (\*\*\*\*\*\*) subiicitur: Franco Diaconus atque Cartigraphus re legit et sigillavit.

### C

### § XVIII.

(\*) vid. TENZEL. app. prima ad' vindicias CONRING. pag. 19. 24. MABILLON de re Diplom. fol. 397. 521. 525. Acta Sanct. eiusdem P. I. fol. 223. DOVBLET p. 716.

(\*\*) SCHATEN Annal. Paderb. pag. 463. 467. 468. 469. 474. 477. 488. 491. 497.

(\*\*\*) SCHATEN. T. I. pag. 72. vid. quoque Monumenta Paderb. pag. 204; ubi dicitur: ad vicem Fridigasi Abbatis recognovi.

(\*\*\*\*) Monum. Paderb. pag. 206. HVNDII metropolis pag. 215. GEVOLDVS de Septemviratu S. R. I. pag. 8;

(\*\*\*\*\*) Acta Sanctor. JO. MABILLONII p. I. fol. 526. TENZEL. in app. prima vindiciar. Contingianar. pag. 15. Sub-Diplomate Hludovici legitur: Duranus Diaconus ad vicem Friduchisi recognovit; et subscripti. vid. quoque MABILLON de re Diplom. p. 613.

(\*\*\*\*\*\*) DOVBLET p. 828.

## §. XVIII.

Antequam ab hac discedam meditatione, monendum puto, Mabillonum non satis sibi constare, quando (\*) afferit, Archi-Capellani summi Cancellarii officio, per seculum faltem decimum, sub Ottonibus functum fuisse. Nam in Diplomate Caroli M. de ao. 769, habetut : Ludebertus Archi-Capellanus *recognovi et subscripsi*. Ejusdem Imperatoris Diploma de ao. 788. Hildibaldus Archi-Episcopus Coloniensis, et sacri Palatii Archi-Capellanus *recognovit* (\*\*\*) Angilramnus, sub Carolo M. Archi-Capellano et Archi-Cancellario fuit (\*\*\*\*) Carolomanni chartae, Monasterio Piscariensi datae, subscriptis : Baldo Cancellarius Regis ad vicem Theogmari Archi-Capellani (\*\*\*\*\*) Apud Schatenium (\*\*\*\*\*\*) habetur Diploma Hludvici Germanici de ao. 874., quod Hebarhardus Cancellarius ad vicem Luidberti Archi-Capellani *recognovit*. Ejusdem Regis Diploma de ao. 877. Balternus Cancellarius ad vicem Luthberti Archi-Capellani subscriptis. Nec dubium est, quin Archi-Capellanus tunc temporis Archi-Cancellarii dignitate functus sit. Etenim sub Caroli Crassi Diplomate de ao. 882. legitur : Waldo Cancellarius ad vicem Ludwardi Archi-Cancellarii *recognovi*. (\*\*\*\*\*) Luidwardum autem fuisse Archi-Capellatum, ex Diplomate hujus Imperatoris de ao. 884. patet, ubi dicitur : Baldo Cancellarius ad vicem Luidwardi Archi-Capellani *recognovi*, et sub Diplomate ejusdem de ao. 885. *recognitio* Salomonis Notario ad vicem Luitvardi archi-cancellarii tribuitur. (\*\*\*\*\*\*) Sub Diplomate Arnolphide ao.

888.

(\*) lib. 2. c. XII, §. 13. de re Diplomatica.

(\*\*) GEVOLDVS de Septemviratu pag. 82.

(\*\*\* ) BALVZ. Tom. I, pag. 1047. CANGIVS in gloss. sub voc. Archi-Capellanus.

(\*\*\*\*) D' ACHIER Tom. V. Spicil. pag. 375. chron. Casaur, I, I.

(\*\*\*\*\* ) I. 3. pag. 179.

(\*\*\*\*\* ) SCHATEN Annal. Paderborn. §. 3. pag. 191.

(\*\*\*\*\* ) Monum. Paderb. p. 208. SCHATEN I. c. p. 201.

888. habetur: Engilberk ad vicem Theotmari Archi. capellani *recognovis*.  
 (\*) Afferit quidem MABILLON, sub secunda Francorum stirpe  
 Archi-Capellanos summos dictos Cancellarios; sed videtur hoc ma-  
 xime ex ejus mente ad ultima eorum tempora, cum Germaniae  
 jam tum Saxonici sanguinis Imperatores praefiderent, restringen-  
 dum esse. Recitat quidem Carolomanni Italiae Regis Diploma,  
 quod Baldo Cancellarius Regis, ad vicem Brunonis Archi-Capellani  
 recognovit, et alia, quae apud HVNDIVM (\*\*) recensentur,  
 sed videtur de eorum fide, necio ob quam rationem, ambigere.  
 (\*\*\*) Dubium sane omne, quod Archi-Capellanus ante Otto-  
 num tempora Archi-Cancellarii synonymous fuerit, magis adhuc  
 removet, si genuinum est Dagoberti Diploma, quod inter char-  
 tas coenobii S. Maximini Trevirensis sub n. i. reperitur, cuius  
 subscriptio est: Henricus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archi-capellani  
*recognovis*. (\*\*\*\*)

## §. XIX.

Nec MABILLONII sententia, si restricta ad Impe-  
 ratores, Ottonum tempora insequentes, aliquid ex vero tra-  
 hit. Nam Diplomati Henrici II. de anno 1023. subscripti sunt:

C 2

GUN-

(\*) SCHATEN lib. 3. pag. 205. 214. 216. 217. 219. 220. 227. seqq.  
 GEVVOLDVS de Septemviratu S. R. Imp. p. 84. BROVVERVS Annal.  
 Trevirensi pag. 448.

(\*\*) In metrop. Salisburg, pag. 87. seqq. nov. edit.

(\*\*\*) Moneo hic obiter, MABILLONII regulas distinguendi genuina Diplomata  
 a suppo fitiis saepe vacillare, quod et HICKESIVS vidit, neque GER-  
 MONIVS ubique impingit.

(\*\*\*\*) MALLINCROT. de Archi.Cancell. S, R, I, Germ, pag. 223, seqq. ap.  
 Weucker.

Gunterus Cancellarius vice Anbonis Archicancellarii. (\*) Nec defunct Conradi II. Diplomata, ubi talis subscriptio habetur. (\*\*) Sub Diplomate Henrici III. de anno 1046. invenimus recognitionem Theodori Cancellarii, vice Bardonis Archicancellarii. (\*\*\*) Henrici IV. Diploma anni 1059. Gebhardus Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarii, recognovit. (\*\*\*\*)

## §. XX.

Porro CONRINGII opinioni, quam in centura Diplomatis Lindaviensis (\*\*\*\*\*) fovet, quod Archicancellanus non sit vocatus Sacri Palati Archi-Episcopus, accedere non possumus. Veritatem enim magis consentanea videntur, quae MABILLON (\*\*\*\*\*\*) in contrarium assert. Sub Diplomate Zwentiboldi reperitur: Walgerus Notarius ad vicem Ratpoli Archi-Episopi summique Cancellarii *recognovit*. (\*\*\*\*\*\*) Diplomati Ottonis III. anno 997. subscripsit Hildibaldus Episcopus et Cancellarius vice Willegisi Archi-Episopi. (\*\*\*\*\*\*) In alia charta ejusdem Imperatoris habetur: Hildeboldus Episcopus et Cancellarius vice Willegisi Archi-capellani *recognovit*. (\*\*\*\*\*\*)

## §. XXI.

(\*) SCHATEN pag. 452. 453.

(\*\*) idem pag. 461. 467. 468. 469. 474. 477. 479.

(\*\*\*) idem l. c. lib 6. pag. 529.

(\*\*\*\*) idem l. c.

(\*\*\*\*\*) pag. 189.

(\*\*\*\*\*\*) de re Diplom. lib. 2. c. 12. §. 12.

(\*\*\*\*\*\*) HVND. in metrop. pag. 93. 94. SCHATEN lib. 3. p. 235.

(\*\*\*\*\*\*) ANSHELMVS in gestis Pontif. Tungrenium apud CHAPEAVILL.

pag. 210.

(\*\*\*\*\*\*) l. c. p. 212. Confessum CHAPEAVILL. pag. 225. 226. 264. it. DOVBLET

p. 815. 878. Notandum, Cancellarii nomen saepè loco Archi-Cancellarii

positum esse. Sic VValto Subdiaconus, ad vicem VVitgari Cancellarii, Di-

plomati Ludovici Germanici subscriptus SCHATEN p. 149.

## §. XXI.

Seculo XII. et XIII. sub aliqua subinde mutatione receptus subscribendi modus est continuatus. Sub Diplom. Henrici V. de anno 1107. legimus: *Albertus Cancellarius vice Moguntini Archi-Episcopi Rothardi Archi-Cancellarii subscriptis.* (\*) Diploma Henrici VI. recognovit Conradus Hildesheimensis, electus Imperialis Aulae Cancellarius, vice Conradi Moguntinae Sedis Archi-Episcopi, et totius Germaniae Archi-Cancellarii. (\*\*) Diplomatici Friderici I. de anno 1180. Godofredus Imperialis Aulae Cancellarius subscriptis. Sub Diplomate Friderici II. ad annum 1235. reperitur: *Ego Sigismundus Ratisbonensis, Aulae Imperatoriae Cancellarius, vice Domini Moguntini Archi-Episcopi recognovi.*

## §. XXII.

Post interregnum vero formula: *Cancellarius ad vicem Archi-Cancellarii*, aut plane desissit, (\*\*\*) aut minus frequens fuisse videtur; sed subscriptio fiebat per Optimates ut testes. (\*\*\*\*) Adjici deinde coepit formula: *ad mandatum Regis aut Imperatoris proprium.* Etenim sub Diplomate Friderici III. de anno 1455. (\*\*\*\*\*) habetur: *ad mandatum proprium Domini Imperatoris Vlrichus VVelli.* Et sub Diplomate Maximiliani I. de anno 1495. ad mandatum Domini Re-

C 3

gis

(\*) SCHATEN Annal. Paderb. I. 7. p. 667.

(\*\*) HEDA in Histor. Ulraect. p. 178.

(\*\*\*) GEWOLDVS de Septemvirato pag. 90. ubi afferit, antiquissimum istum morem nostrę & superiori seculo denum reintroductum fuisse. Hinc pag. 97. citat subscriptionem Diplomatis Caroli IV. sequentem: *Ego Joannes D. G. Olmcensis Episcopus, regalis Capellae Bohemicæ Comes et S. Imper. Aulae Cancellarius, vice reverendai in Christo Domini Gerlaci Moguntini Archi-Episcopi, S. Imperii per Germanium Archi-Cancellarii recognovi.*

(\*\*\*\*) Vide varia Diplom. ap. SCHATEN, qui tamen mos ante etiam, ut dixi, in usu fuit.

(\*\*\*\*\*) ap. GEVVOLDVM pag. 97.

gis proprium Bertholdus Archi- Episcopus Moguntinensis Archi-cancellarius, Diplomati Caroli V. subjectum est : ad mandatum Imperatoris proprium Albertus Cardinalis Moguntinus Archi-Cancellarius. Diplomati Matthiae vice reverendissimi Domini Sviardi Archi-Cancellarii Moguntini, subscriptis Ludevvig von Vlm,

### §. XXIII.

In formula : *ad mandatum proprium*, varietas quaedam deinde reperitur. Sub initium talis ejus erat tenor, *ad mandatum proprium Domini Imperatoris Archi-cancellarius aut Cancellarius*. Sub Diplomate Sigismundi reperitur : *ad mandatum Imperatoris Caspar Schlieck miles &c. Cancellarius*. (\*) Sub Diplomate Maximil. I. de anno 1496. talia invenimus verba : *ad mandatum Domini Regis proprium Bertholdus Archiepiscopus Moguntinus Archicancellarius*. (\*\*) Sub Diplomate tamen Patris ejus Friderici III. de anno 1486. (\*\*\*) reperitur : *ad mandatum Imperatoris in Concilio*, et sub alio : *ad mandatum Domini Imperatoris proprium*. (\*\*\*\*) In calce Diplomatis Maximil. I. de anno 1492. legitur : *ad mandatum domini Regis in Concilio*. (\*\*\*\*\*) Aliud ejusdem Diploma de anno 1496. sequentem habet subscriptionem : *ad mandatum Domini Regis proprium*. (\*\*\*\*\*\*) Eadem subscriptio reperitur sub Caroli V. edito contra Lutherum de anno 1521. (\*\*\*\*\*\*) Fortassis dubium oboriri posset, anne nomen Cancellarii aut Secretarii ex ignorantia vel incuria editoris sit omissum. Invaluit deinceps magis formula, ut primum Imperatoris, deinde Vice-Cancellarii nomen exprimeretur, et tandem ad *S. Caes. Majestatis*

(\*) LVNINGS Reichsarchiv, part. gen. T. I. pag. 97.

(\*\*) idem l. c. p. 172.

(\*\*\*) Idem l. c. p. 127.

(\*\*\*\*) Idem l. c. p. 136.

(\*\*\*\*\*) Idem l. c. p. 141.

(\*\*\*\*\*\*) Idem l. c. p. 172.

(\*\*\*\*\*\*) ap. GOLDAST. T. 2. Conslir. Imper. p. 446.

*tis mandatum proprium*, (\*) subscriptis Referendarii vel Secretarii nomen subjiceretur. (\*\*) Saeppe tamen addebatur adhuc: vice ac nomine reverendissimi Domini Archi. Cancellarii Moguntini, (\*\*\*) quod jam omittitur.

### §. XXIV.

Denique priusquam ad secundum pergamus caput, quaedam adhuc de Romanorum Pontificum Cancellaris et Notariis obseruare licebit. Quamplurima extant Pontificum Diplomata, sub quibus nihil reperitur, nisi anni Pontificatus, addito nonnunquam: *sub annulo piscatoris*. (\*\*\*\*) Pristinis temporibus etiam adjicabantur anni Imperatoris. (\*\*\*\*\*). Apud DOVBLET habetur:

bene

(\*) Sunt tamen Caesarea Diplomata, ubi haec, et similis deest formula, vide. *Acta Bohemica* P. I. et II. *Theatrum Europaeum* P. I. pag. 7. seqq.

(\*\*) LÜNIGS *Reichs-Archiv.* P. gen. p. 500. MEIER in *Lundorpio suppleto et contin.* P. I. pag. 534. FABRI *Staats-Canzley* P. I. pag. 38. LÜNIG P. gen. pag. 448. 462. 465. 471. 476. 478. FABRI *Staats-Canzley* P. 3. p. 295. LVNDORP. *Actor Publ.* T. I. p. 168. T. XIV. pag. 202. 317. 326. 461. LÜNIG in *Syllog. negot. publ.* p. 316. *Memoires & negotiations de la Paix de Nimvvegen* T. I. p. 116. FABRI *Staats-Canzley* T. I. p. 35. Part. III. p. 536. LVNIGS R. A. P. gen. p. 488. 491. 493. 496. FABRI *Staats-Canzley* T. II. p. 617. seqq. T. 13. p. 682. T. 22. p. 542. T. 16. p. 75. T. 27. p. 817. seqq. p. 820. etc. Nonnunquam tamen post Imperatoris nomen & formulam: *ad Mandatum S. Caes. Majestatis proprium*, reperitur tantum Secretarii appellatio. LVNIGS R. A. P. gen. p. 446. 454.

(\*\*\*) LVNIGS R. A. P. I. p. 443. KETTNER in *Diplom. Quedlinburgensis* bus p. 650.

(\*\*\*\*) *Bullarium magnum & Unigii Spicil. eccles. passim.* LAVNOII examen du Privilege d' Alexandre V. quod adhaere censurae CALOCCII.

(\*\*\*\*\*) *Le Droit de l'empire sur les etats eccles.* p. 79. seqq. Antiquissimum tem-

(\*) Bene valete. Datum IV. Kal. Mart, Imperante Domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno Imperatore anno XVIII. Imperi ejus, sed et Leone majoris Imperatore ejus filio. Sub privilegio Zachariae, ab Innocentio laudato, reperitur: scriptum per manus Scriniarii et Cancellarii Lateranensis Palatii anno IX. Domini nostri Zachariae. Datum secundo nonas Nov, Imperante Domino Piissimo Augusto Constantino a Deo coronato; anno decimo quarto. Scio, LAVNOVM, in assertione inquisitionis in chartam immunitatis B. Germani, (\*\*) hanc Bullam furtivam et adulterinam vocare, sed ipsius rationes non aequae magni momenti videntur. Ait enim, formulam illam: scriptum per manus Joannis Scriniarii et Cancellarii Lateranensis Palatii, temporibus Zachariae longe recentiorem esse: ast in libro diurno Romanorum Pontificum, scribendi formulas, quibus sec. VI, VII, VIII, IX. usi sunt, continente, a Garnerio ex antiquissimo cod. MSto in lucem protracto, Primicerii Notariorum, ut et ipsorum Notariorum passim fit mentio. Imo ad resellendum Launojum facit, quod sub charta Stephani Zachariae successoris de anno 753. (\*\*) ad Pro-

temporibus saepe Consulum mentio fiebat. Sub Anastasi I. epistola ad Episcop. Germaniae et Burgund. de anno 398. ap. LUNIG. in Spicil. eccl. p. 552. habetur: *Data nonis octobris Arcadio et Bantone viris clarissimis Consulibus.* Morem hunc largiter comprobant literae Pontificum a Pseudo Isidoro collectae, Etenim, licet BLONDELLO non desint argumenta, quibus eas suppositiis esse adversus TVRRIANVM assertat; atamen est scriptum antiquum, forte seculum nonum aerae superans; et si modo ad genium illorum temporum attemperatum, vid. collect. p. 151. 158. 177. etc.

(\*) Pag. 449.

(\*\*) Pag. 337.

(\*\*\*) Biblioth. Floriac. IOHANN A BOSCO P. II. p. 44. BARONII annal. T. 9. p. 228. Quam formulam sequentes Papæ imitati sunt. VGHELLI Italia sacra T. II. p. 186. 188. 196. Et LAVNOI fuit, adverarios habuisse non admodum rei diplomaticæ et Historiarum peritos. Fato tamen, Quadrangularium in propugnato privilegio sancti Germani, et in re- censione paradoxorum LAVNOII et HAMMELII aliquam adhibuisse dili- gientiam, sed CALOCCII sibellus jejunus est,

Proculum, sanctae Ecclesiae Vienensis Archi-Episcom, reperiatur: data per manum Gregorii Notarii et Scrinianii sanctae Sedis Apostolicae. Sub Gregorii II. epistola, qua Bonifacio in Germania gentilium conversionem committit, habetur: Data Idus May Imperante Domino piissimo Augusto Leone II. a Deo coronato, anno tertio Imperii ejus (\*) Seculo X. ut et XI. mos ille, quod anni Imperatoris Diplomatibus Papalibus sint subjecti, continuatus videtur. Sub Diplomate Johannis apud SIGEBERTVM LEVITAM in vita Theodorici Metensis Episcopi (\*\*) dicitur: Scriptum per manum Stephanus Notarii et Regionarii Sanctae Romanae Ecclesiae &c. data tertio die Kal. oct. per manum Widonis Episcopi et Bibliothecarii sanctae Sedis Apostolicae, anno Pontificatus Domini Johannis, summi Pontis et universalis tertii decimi praesidentis in sacratissima sede Beati Petri Apostoli quinto, Imperii Domini Ottonis maioris nono, minoris vero tertio anno ab incarnatione Domini nostri J. C. DCCCCCLXX.

## §. XXV.

Saepe Bullis nihil aliud submittebatur, quam: *bene valete dilectissimi fratres*, ut patet ex Bulla Papae Adeodati, qui Romanae Ecclesiae ab anno 669. usque ad annum 676. praeerat. (\*\*\*) Per multae extant Bullae, quibus Pontifex cum Cardinalibus subscriptis. (\*\*\*\*)

## D

## §. XXVI.

(\*) LVNIG. Spicil. Eccles. T. I. p. 1: Eadem subscriptio haberetur in Bulla, qua Bonifac. Thuringiae presbyter constituitur l. c. p. 2. vid. et l. e. pag. 6. 8. 12. 18. 555.

(\*\*) apud LEIBNITZ T. I. script. Brumv. pag. 301.

(\*\*\*) Examen des certaines priviliges et autres pieces, pour servir au jurement d'un process qui est entre l'Archeveque de Tours et le Chapitre de saint Martin de Tours pag. 5. it. pag. 91.

(\*\*\*\*) Bullarium magn. T. I. pag. 505. T. II. pag. 56. 83. T. III. p. 164. T. IV. p. 49. 65. LVNIGS Spicil. Eccles. p. 28; 564. 729. videatur quoque Diploma Bonifacianum ap. REINALDVUM in contin. Baron. ad annum 1294. p. 477. Interdum Pontificum Diplomatibus talis supponitur sub.

## §. XXVI.

Denique non desunt Pontificum chartae, quibus Prototonarii et Cancellarii, vel etiam Notarii, qui saepe etiam Scrinarii et Bibliothecarii officio functus, nomen subjecit. Bullae Pii V. de anno 1560, cum aliis subscriptis: Antonius Lunellius Protonotarius Apostolicus. (\*) Sub Privilegio Adriani IV. quod LAVNOIVS ex Biblioteca Praemonstratensi afferit, talia leguntur verba: datum Romae apud S. Petrum per manum Rolandi, S. R. E. Praebyt. Cardinali. et Cancell. (\*\*) Sub Bulla Nicolai reperitur: Humbertus Cancellarius sanctae Apostolicae sedis. Bulla Innocentii III. data dicitur: per manum Reinaldi domini Papae notarii vicem agentis Cancellarii. Diploma Alexandri submittitur: datum per manum Magistri Jordani S. Romanae Ecclesie Notarii. (\*\*\*) Sub Bulla Johannis XIX. ad Episcopum Bambergensem spectante, habetur: per manum Petri Notarii et Scrinarii S. Romanae Ecclesiae. (\*\*\*\*) Benedicti IX. confirmationi privilegiorum Capituli Bambergensis de anno 1012. subditum est: scriptum per manum Heroldi Scrinarii S. R. Ecclesiae, datum per manum Portuensis Episcopi et Bibliothecarii S. R. Ecclesiae. (\*\*\*\*\*) Diploma Leonis IX. itidem confirmationem Privilegiorum Bambergensium concernens, habet: datum per manum Friderici Diaconi Bibliothecarii et Cancellarii S. Rom. catholicae et Apostolicae Ecclesiae.

Subscriptio: *Ego Adrianus IV. huius nominis catholicae Ecclesiae Episcopus subscripti. CHAPEAVILL. in gestis Pontif. Leod. T. 2, pag. 107.*

(\*) Bullar. magn. T. 2, p. 33.

(\*\*) In Inquisit. privil. Praemonstratensis Ordinis p. 88.

(\*\*\*) LAVNOIVS l. c. pag. 465, 535, 599. Vice-Cancellarii Sacrae Romanae Ecclesie, etiam mentio invenitur in Bulla Gregorii de anno 1236, ap: VGHELLI in Ital. sacr. T. 1, p. 157.

(\*\*\*\*) LVNIGS Specil. Eccles. T. II, p. 91.

(\*\*\*\*\*) Ilem l. c. p. 10,

siae. (\*) Sub Diplomate Sergii III. est: (\*\*) scriptum per manum Leonis Archi-Scriinarii S. R. Ecclesiae. Chartae Paschalis II. submissa sunt sequentia verba: per manum Notarii Regionarii et Scriinarii S. Palatii. (\*\*\*) Sub Bulla Nicolai habetur: scriptum per manus Sophronii Notarii ac Scriinarii S. R. Ecclesiae in mense Aprili Indict. XL. bene valete, data IV. Kal. Majas per manum Tiberii Primicerii S. Sedis Apostolicae, imperante Domino piumissimo perpetuo Augusto Hludivico a Deo coronato magno pacifco Imperatore. (\*\*\*\*) Ut fileam multa alia hujus tenoris documenta, quorum nonnulla referuntur a LAVNOIO, (\*\*\*\*\*) qui tamen, quae recentest, maximam partem supposititiae, subrepta, adulterina vel faltem interologata esse dicit, nescio qua fide,

## D 2 CAP.II.

(\*) LVNIG. l. c. Dipl. 12. Quamplurima hujus generis in jam dicti autoris Spicil. Eccles. occurunt.

(\*\*) apud PAPIRIVM MASSONIVM in vita ejus.

(\*\*\*) PERARDI Recueil des plusieures pieces curieuses servant a l' Histoire de Bourgogne pag. 206.

(\*\*\*\*) DOVBLET. dans l' Histoire de l' Abbaye de S. Denys pag. 456. Hic non ubique vera falsis tecerneret scivit Diplomata. Falsarii tamquam potissimum operari dabantur in effingendis Diplomatibus temporis rationem, ut dixi, haberent, MABILLON de re diplom.lib.3.c.5.n.5 pag.223 Supplement. c. 2. §. 6. FONTANINI in vindicis Diplomatibus adversus Germanii Discept. L. I. c. 11. p. 156. Interim CERMONII verba de veteribus Regum Francorum Diplomatibus etc. Discept. 2. p. 2. c. 1. pag. 81. minus recte se habere puto, quando inquit: Doubletianae igitur collectionis Diplomata veterissiora, de quibus solis agemus, sedulo examinavi, argue non paucula, non quinque aut sex, ut ait, sed pleraque aut manifesto spuria aut valde suspecta esse compéri.

(\*\*\*\*\*\*) Inquisit, in privit, Vindocinensis Monasterii p. 101. c. 10. c. 13. c. 16. c. 18. c. 19. c. 34. c. 36. D' Achet in Spicil. T. 6. p. 411.

CAP. II.  
RECENTIORA MAGIS DE NOTARIIS  
COMPLECTITVR.

§. I.

**E**st autem Notarius ex usu potissimum hodierni temporis : persona publica, ab eo, qui summam habet potestatem, aut ejus nomine ab alio, certis adhibitis solennitatibus, ad id constitutus, ut actibus, quo par est procedens modo, publicam conciliet fidem.

§. II.

De Notariis, qui Secretariorum munere funguntur, nihil jam monituri, (\*) publicos, ut vocantur, modo definitos, prout a Seculari aut Ecclesiastica potestate constituuntur, diversitatem aliquam

(\*) SCHILTERI *Diff. de Secretariis c. 3.* Notariorum, qui certis munere  
ribus curandis sunt admoti, varia in Bullis Pontificum occurruunt nomina.  
Horum numero olim erant Notarii septem regionarii, qui iussu Clementis,  
ut auctor est Anastasius in vita eius, in sua quisque regione gesta marty-  
rum sollicite et curiose perquirerent. Sunt hodie Notarii Cameræ, Audi-  
torum Rotæ Romanae, Notarii Consulum, agriculturae et aliarum ar-  
tium, Notarii inquisitionis, Notarii Vicarii Papæ, Notarii urbis, item  
Vicarii urbis, Notarii ripæ, Notarii diversarum curiarum et Tribunalium  
tam ciuilium quam criminalium,

aliquam suscipere (\*) tantum memorabimus. Papam aequac ac alios supraea potestate gaudentes, Notarios creare, in vulgus notum ;  
 (\*\*\*) atque illud juris Protonotariis interdum et Comiti-  
 bus Palatinis concedi, Pauli V. Constitutio docet. (\*\*\*)

## §. III.

Friderici II, tempore, quae in constituendis Notariis adhi-  
 beri solent, magnam partem obtinuisse, suadent, quae apud  
 PETRVM DE VINEIS leguntur. (\*\*\*\*) Incrementa tamen solenni-  
 tates

D 3

tates

(\*) Notarios Camerac duplicis esse generis compiero. Aliqui cum Protonota-  
 riis Personarum Cameralium numero sunt, Quae iis incumbunt p. 1. tit.  
 28. 29. Ord. Cam. enarrantur, vid. RODINGI *Pandectas Camerales lib. IV. tit. VIII. MYNS. cent. 2. obs. 18.* Alii sunt immatri-  
 culati, qui in eo a publicis sive Caesareis non immatriculatis differunt,  
 quod codem, quo nuncii, si hi deficitur, modo processus insinuare possint  
 Ord. Cam. p. 1. t. 52. §. ult. LUDOLF. de *Jure Camerali.*  
 p. 273. n. 13. Oportet autem ut notarii processus exequentes, se ordina-  
 tioni nunciorum conforment KLOCK relat. Camer. §2. Obser-  
 vanda circa insinuationes referit restring in m. n. p. 245. seqq. Qui  
 Camerac matriculac inscribi cupit, aut testimonium fidei ac industriae,  
 sui magistratus manu & sigillo munitus, juncta sua scriptura et signato,  
 transmittat, aut Camerac examen subeat. Ord. Cam. August. §. 17.  
 Ord. Cam. p. 1. t. 52. BLVMIII Process. Cam. tit. 65. §. 50. 51.  
 Exemplum Diplomatici, quod immatriculato datur, vide apud NEHRING,  
 l. c. p. 355.

(\*\*) ZIEGLER de juribus Maiest. I. 1. c. 26. CHOPPINVS ad leg.  
 Andeg. pag. 341.

(\*\*\*) Tom. III. Bull. m. p. 275. Forte Protonotarii sparta, quam bene-  
 ficio Pontificis exercet, non tam solemnum notar, creationem, quam mu-  
 neric collationem inferit.

(\*\*\*\*) Lib. VI. epist. 32. Notum facimus Universitati vestrae, quod

T,

tates pedentim sumfisse, non infior. Summae potestatis ci-  
vili attributum esse (\*) Notariorum creationem, paulo ante  
notavi. Nam actus, ad quos Notarii adhibentur, rectius curan-  
dae justitiae et juri inserviunt; inde judiciorum quoque commo-  
do sunt; facultas autem moralis civitatem gubernandi et judicia  
complectitur.

#### §. IV.

Potest id juris per vicariam quoque exerceri personam.  
Hinc Imperatores, (\*\*) inter Germaniae Rectores primi, Syste-  
matis lege, ex pactis peculiarem induentis naturam, Comitibus  
Palatinis potestatem, in quibuslibet Germaniae territoriis Notarios  
constituendi, largiuntur. Neque Ordinibus, ob pactorum religio-  
nem, exercitium hujus juris in suis territoriis abrogare licet,  
aut impedire. (\*\*\*) A longis enim temporibus Caesares Sacri La-  
terae-

---

*T. Tauriuensis fidelis noster, iuxta sacrarum Constitutionum no-  
strarum tenorem examinatus, in ventus fidelis, et de genere fide-  
lium ortus, et sufficiens ad Notariatus officium exercendum et  
per nostram curiam approbatus. Propterque de ipsis prudentia  
et fidelitate, confici statuimus eum publicum Notarium Tauri-  
nensem.*

(\*) Nec liberae Imperii civitates a tali jure sunt excludendae. *Instrumento  
Pac. art. 5. §. 14.* Quidni vi potestatis territorialis jure natales legiti-  
mos dandi, et notarios creandi gauderent, qui habent jus belli et pa-  
cis, ius foederum &c.

(\*\*) Creatio notariorum per judicium Aulicum exerceti solet. **VFFENBACH**  
de Consilio Aulico. c. I. § 21.

(\*\*\*) Mitor nonneminem de J. L. C. P. in terris principum Imper. ab eo,  
quod

teranensis Palatii Comites dixerunt, eisque, pro ea, qua pollut  
reservatorum potestate, varia per Germaniae provincias exercen-  
di jura indulserunt facultatem. Neque Principes, quamvis suis ter-  
ritoriis Notarios dare possint, ab Imperatore aut ejus auctoritate  
constitutis officere possunt. Repugnaret enim illud fiducario  
juramento, quo Imperatori et Imperio adstringuntur. Requirunt  
autem Doctores, ut Comiti Palatino jus creandi Notarios specia-  
liter sit collatum: attamen id non eo intelligendum, ac si hoc ob-  
tineat, etiam si Comitiva tali verborum tenore sit munita: *omni-  
bus et singulis privilegiis, gratiis, iuribus, immunitatibus, honoribus,  
exemptionibus, et libertatibus uti, frui, potiri et gaudere possint, et va-  
leant, quibus coeteri Lateranensis Palatii Comites hactenus usi, positi  
et gavisi sunt, seu quomodo liberantur, fruuntur, potiuntur et gau-  
dient, consuetudine vel de jure.* Sic et Privilegium ad instar conce-  
sum, interpretationem suam ex privilegio simplici habet.

## §. V.

Quanquam Notariorum provincialium instrumenta, in terri-  
torio Principis legitime confecta, valorem suum ad alias etiam exten-  
dant ditiones, tacito quasi pacto; cum illud communis postu-  
let

quod hic obiectum, circa quod potestas Comitum Palatinorum versatur,  
tollere possint, ad prohibitionem ne, subduci Comitum Palatinorum o-  
pera utantur, argumentari. Ut nihil iam nomine de veritate antece-  
dentiis, consequens vacillat admodum, certum quidem est, sublato ius-  
ris obiecto, exercitum eius nullum esse, quis autem inde colligeret, ergo  
existente obiecto, illi cui circa obiectum aliquid ius comperit, illud adimpo-  
test. Jura et privilegia ab illo, qui ea dedit aut in poenam, aut vi supereminentis  
domini in utilitatem Republicae, sub retributo quodcum abrogari posse  
sunt. Alias contra perfectam donationem, ob alterius ius quacumque  
veniri non potest. Multa saepe sunt, quae fieri non possunt, et  
inepta est conclusio de iure cuius praemissae agunt de facto. In  
Ducatu

let utilitas. (\*) Instrumenta tamen in iis excipere, aut alios Notariatus actus perficere non possunt, nisi ab Imperatore, Germaniae et Italiae intuitu, aut ejus nomine sint constituti, vel a Domino territoriali recepti, aut mos vel statutum id ferat. Sicut enim potestas ipsorum constituentium non nisi in subditos valet; (\*\*) quidni et Notariorum jus intra illos limites contineretur. Quamvis subditi latem sint temporarii, qui opem ejus requirunt; illi enim in plerisque, exceptis oneribus, ex permanente tutela fluentibus, a perpetuis haud multum differunt. Ex aequitate tamen valere videntur in terris illius,

Ducatu Magdeburgensi notarii non admittuntur, nisi Regiminis testimonio, quod munere hoc non sint indigni, constet, MYLII constitutione Magdeburgicarum corp. p. 2, p. 128 Idem in laudo Deputatorum Ordinum Generalium federati Belgij, quo controversia, inter Frisia Orient. Comitem Rudolphum Christianum et Ordines provinciales exortae, dirimuntur art. 22; *Dat niemand voor raen, bryten de Stade Embden, in dese Graeffschap Notarischap bedienen sal, vor dat by hem aen syn Gnade geaddirreeret, ende nae examinatie vane Hoffgericht, van denselven confirmatie sal behommen hebben. Nec illud aliiquid ex iniquo trahere arbitror, cum Imperatoris jus non in dubium vocetur, sed sicut ad exemplum Cameræ inquiratur, an tales sint notarii, quales ex constitutionibus et moribus Imperii esse debeant; praesertim cum Notarii sunt verba Rulandi de Commiss. l. IV. c. 23. n. 4. ) sapientie literas quidem recte conscribere, aut epistolam conceperet, vel vix tria latina verba norunt, conser. quoque Histor. Fris. orient. t. 2. p. 138. et ZIEGLER. de iuribus maiestat. l. 1. c. 16. §. XII. Videtur autem illud non tam ad actus protestationis et insinuationis, quippe qui legum peritiam non requirunt, sed ad actus momenti cuiusdam, qui cum iudiciis nexum aliquen habent, referendum esse,*

(\*) arg. L. fin. C. de test. et l. fin. ff. de test. milit.

(\*\*) l. f. ff. de iurisdic. c. 1. de foro comp. in 6to. CASTRENSIS

p. 24

illius, a quo Notarius creatus, et cujus, eum adhibentes, perpetui sunt subditi, donec domicilium aliorum transtulerint.

## §. VI.

Ex Imperio, ut par est, proscripti, jure Notarios creandi excederunt. (\*) Amittuntur enim banno, ut vocatur Imperii jura, etiam superioritatis civilis. Idem statuendum de illo, qui Majestate aut territorii summitate se abdicavit (\*\*) aut terras suas manifesto pro derelictis habet. Pendet enim, ut docui, ex facultate moralis gubernandi civitatem, qua amissa, etiam hoc jus

E amit-

p. 2. l. cons. 34. Memini, me instrumenta in Gallia et Hispania composta vidisse, sub quibus Notarii Caesarii nomen conspiciebatur; verum illud veteri reverentiae, qua Imperium colebant, vix datum, iuri receptionis, ac si ibi creati essent, tribuendum. Magnum cum GAILIO l. 2 o. 71. n. 13. p. 19. esse numerum Doctorum scio, qui Imperiales et Papales notarios in territoriis nullorum etiam obsequi secularium vinculo Imperatoris aut Papae obnoxii, admittendos esse contendunt; verum cum genuina deficiunt ratione, ipsorum sententiam sequi non audeo. Neque enim a prorogatione iurisdictionis ad Notarios tuto argumentari possumus. Nam dogma illud iuris Romani spectabat ad judices, qui sub uno eodemque erant Imperio; deinde aliud est, si partes in judicem in territorio alieno compromittant, aut voluntariae iurisdictioni capita, quae causae cognitionem non requirunt, ad ipsum deferant; et aliud, si notarii alieno eiusmodi negotio se quasi ingerant; illud enim est quadam territorii violatio. ZIEGLER de Jure Maies. l. c. 26 § XII. In Gallia decisionem habent, qua constitutum, Papam per suos Comites Palatinos non posse creare notarios, ibi murus suum exercentes. PAPONIVS rer. iudic. l. 4. tit. 14. LOVET. arrest.

10. lit. N. p. 528. CHOPPINVS de moribus Paris. 1. p. 284.

(\*) GROTIUS de J. B. et P. lib. 1. c. IV. §. X. Ord. pac. prof. Wormalt. de anno 1495. tit. dic poen aller Friedbrecher Capit. Caroli VI. art. 20.

(\*\*) GROTI. l. c. §. IX.

amittitur; atque inde apparet, Appanagiatis quoque hanc deel-  
se potestatem, utpote qui territoriali plerumque destituantur su-  
perioritate. (\*)

### §. VII.

Quid si vero putativus Notarius ab eo, qui creditur jus  
creandi Notarios habere, constitutus sit, numne et ille  
tali defungi potest munere? Arbitror, si ab omnibus, aut  
perspicacioribus duntaxat pro legitimo terrarum moderatore re-  
putetur, ab illo dictos Notarios, merito ut genuinos haberit, pro-  
pter utilitatem eorum, qui bona fide ejusmodi Notariis usi sunt; (\*\*)  
imprimis si summi Imperii usurpator aut invasor in Imperii sit  
possessione. In re namque controversa privatus sibi sumere  
non debet judicium, sed possessionem sequi. (\*\*\*)

### §. VIII.

Circumspiciant autem probe, oportet, tale munus colla-  
turi, ne indignis aut ineptis attribuatur. Sunt autem nobis ine-  
pti, quibus animi aut corporis dotes, ad hoc officium recte curan-  
dum defunt, aut qui imperfectioris adhuc sunt aetatis, (\*\*\*\*) ut  
et, qui eruditione, ad aliquem modum, quem scilicet  
Offici-

(\*) MYLERVS AB EHRENBACH de Statibus Imper. c. 22. §. 3. 4.  
SPRINGFELD de Appanagio c. XI. §. 201.

(\*\*) arg. l. 3o ff. de officio praetorum.

(\*\*\*) CROTIUS de J. B. et P. l. 1. c. IV. §. ult.

(\*\*\*\*) Arno potissimum decimo septimo aut octavo vis quedam judicii se  
exercere solet, et quae necessaria sunt obscundo muneri adesse possunt.  
Hoc

officium requirit, (\*) non sunt instructi. Casus enim occur-  
runt, ubi legum et consuetudinum, quae singulorum locorum  
attendi debent, notitia opus habent. (\*\*) Et cum non unum  
exstet exemplum, Notarios apta non fuisse imbutos peritia, tam  
Imperatoriae quam Papales constitutiones examen requirunt. (\*\*\*)  
Indignos vocamus, qui ob mores, non receptae fidei professionem,  
aut aliam personae qualitatem excluduntur. Infamiae macula labo-  
rantes, hodie omnino a tali munere repellendi erunt. Quidni enim  
a provincia honesta tantum et utilia negotia respiciente, arceretur  
quem nec opifices in suo tolerant collegio. Munus hoc apud  
nos vile esse desit, (\*\*\*\*) et in Germania potissimum tales non

E 2

ad-

Habent autem sibi, qui minorennum opera utuntur, unde nulla ipsie  
restitutionis spes relista. PAPONIVS rer. iudicat. appendix ad lib. IV<sup>e</sup>  
tit. XIV. §. 2. Adesse tamen in Gallia arrestum, ut dicitur, quo mino-  
res a Notariis munere submoventur, cum Paponio docet LOVET dans le  
recueil d'aucuns notables arrêts p. 380. CHOPPINVS de mori-  
bus Parisi. l. 2. tit. 7.

(\*) Conf. tradita ab Vffenbach. de judicio aulico c. XI. p. 140. seq. et quae nos  
de Notariorum officio infra dicturi sumus.

(\*\*) Ord. Notar. Col. Maximil. I. de anno 1512. tit. I. §. 10. tit. V. §. III.  
Und in einer summa, so sollen alle Notarien wissen und merken / dass  
sie recht und Gelehrt seyn sollen/ auß wenigst in solchen Dingen/ die solch  
Notariat Amt betreffen. In causis arduis peritores consulant, necessum  
est.

(\*\*\*) Ord. Cam. Aug. de anno 1500. tit. VI. XIV. Constit. Ur-  
bani VIII. in Bull. M. tit. IV. p. 182. 184.

(\*\*\*\*) Cum Bartolo et Baldo alii quoque jurisperi statuunt, Notariorum,  
ut talium, munus et viles et infames tuncipere possille; sed falsum est, quod  
penes Romanos omnia munera publica, vilibus et infamibus conferri po-  
tuerint, iubebant universi Decurionis a Tabellionum officiis se temperare  
l. 15. C. de Decurionibus, non quod indignum eis judicarent mu-  
nus; verum ne a publicis inde functionibus arbitraherentur, Tabelliones  
eum

admlti, Placito Imperii edicti sumus : (\*) opinionem autem si quid gravat, dissimulari solet. Sunt qui putant, legitimorum natalium defectu laborantes nec admittendos; verum haec opinio et aequitati et analogiae juris repugnat. Etenim macula parentibus adhaerens minus recte liberis oneri est. Atque spuri Decuriones quoque fiebant, et ideo fieri poterit ex incestu quoque natus, non enim impedienda dignitas ejus, qui nihil admisit. Nemini enim vitio vertendum, quod ejus non subest electioni. (\*\*) Quod de natis ex incesto complexu dictum, jure novellarum aliter se habere videtur, alimentorum (\*\*\*) quippe indigni creduntur; sed hoc ad paternam substantiam restringatur: Neque dicitur, quod a dignitatibus debeant excludi; jus autem correctorium non praesumitur. Arbitratus enim est Justinianus, hoc modo homines a nefariis incestis et damnatis nuptiis magis amoveri posse, quoniam affectui paterno repugnat, liberis non posse praebere alimenta. Interim rigor hic naturali aequitati (\*\*\*\*) adversans, a jure Canonico correctus est.

## §. IX.

enim ad Decurionatum vocari potuerunt. CVJACIVS ad l. 15. C. de decur. Porro in leg. 34. C. eodem non Tabellionum manus, sed procuratio alienarum facultatum, iusfamissima vilitas et a dignitate Decurionatus, multis caeteroquin oneribus obnoxia, aliena dicitur. Etenim Decurio nec vestigium, nec publicorum aut privatorum praeditorum procurator vel conductor esse potuit l. 30. C. de locat. conducto. l. 6. §. 2. ff. de Decurionibus. Denique Notariorum officio dignitatem aliquam adiumentam esse, minus apud nos habet dubii, BACHOV ad Treutlerum vol. I. disp. 3. thes. 8. lit. D.

(\*) Ord. Notar. circa init. et §. 2.

(\*\*) Lib. 6. ff. De Decurionibus.

(\*\*\*) Nov. 89. auth. ex complexu C. de incestis nuptiis.

(\*\*\*\*) L. 4. ff. de agnos. et alend. liberis, l. 2. C. de infant. expos. l. 15. ff. ad L. Corn. de sicariis.

## §. IX.

Sicut apud nos, jubente Maximiliano, homines proprios, ita apud Romanos servos, a Notarii provincia depulsi<sup>s</sup> esse, verior est sententia. Dictum enim est, Tabelliones a Decurionatu haud exclusos fuisse: ast ne quidem libertus, nisi jus aureorum annulorum adeptus, vel natalibus restitutus, curiae participare potuit. (\*) Nam libertorum servilia plerumque manebant in genia. (\*\*) Enim vero statutum erat, ne jus aureorum annulorum, beneficio Principali, nisi spectatae fidei et virtutis libertis conferre reretur, qui deinde ut ingenui habebantur. (\*\*\*) Asserto nostro obstat videtur, quod in Pandectis Tabularii servorum publicorum nomine veniant. (\*\*\*\*) Sed, ut nihil dicam de constitutione Arcadii et Honorii, (\*\*\*\*\*) in qua exprimitur: *liberos homines ordinandos civitatum tabularios, neque ulli deinceps ad hoc officium patere debere aditum, qui sit obnoxius servienti; apud Romanos obtinebat,*

E 3

nebat,

(\*) L. I. C. si servus aut libertus.

(\*\*) Tacitus lib. 2. Annal. e. 13.

(\*\*\*) L. 5. ff. de iure aureor. annulor. *Quod ius non ordo Decurionum, sed Princeps praestat l. 1. C. de iure aureor. annulor. l. 3. C. de servis reipubl. causa manumittit.* Videtur tamen restitutus natalium plus tribuisse, quam ultius aureor. annulor. l. 2. C. de iur. aur. annel. Mutatum illud subinde ita, ut postmodum, ipsa manumis- sione, aureor. annul. et regenerationis ius consequerentur liberti. N. 78. c. 1. 2.

(\*\*\*\*) l. pen. ff. de acqui. rer. domin. L. 2. ff. rem pupilli vel adolescentis salvam fore. In l. 3. C. de servis Reipublicae causa ma- numittendis liberti tabulariam administrantis, mentio iniicitur, PIGNORIUS de servis p. 29.

(\*\*\*\*\*) leg. 3. C. de Tabulariis

nebat, ut servi variis adhiberentur negotiis. (\*) Vnde illi, qui aptandis et custodiendis domesticis chartis destinabantur, puerosque calculandi et computandi artem docebant, abusive Tabularii dicebantur, eodem fere modo, ac nostra aetate quivis scribae domestici, Secretarii elogio demulceri cupiunt. Erant et servi publico aere redempti, qui non tam publici contractuum scriptores quam literarum geruli et genuinorum Tabellionum, qui publica acipiebant stipendia, amanuenses erant. Romani et in ipsa felicissima civitate, et in provinciis Tabularios habebant. (\*\*) saepe autem Tabellionum copia non in omnibus locis dabatur; hinc contigisse potuit, ut eorum loco servi publici sint adhibiti, quod tamen per constitutum Arcadii et Honori, ut dixi, penitus est prohibitum. Quodsi vero a servo vel homine proprio, ab omnibus pro libero et Notario habito, instrumenta confecta sint, ea ob publicam utilitatem non collabescere potu-  
to. (\*\*\*)

### §. X.

Cum supra ostensum, Notariorum munus minime rebus abjectis accensendum esse, nec Nobilium, Doctorum aut clericalem dignitatem ab eo abhorrire existimo: (\*\*\*\*) nisi dicas Clericos inde ab animarum cura averti, quod locum dedisse reor Juris Canonici sententiae, qua decretum, (\*\*\*\*\*)  
in Clericis in sacris ordinibus

con-

(\*) l. 15. §. ff. de usufructu.

(\*\*) NOV. 44. c. 1.

(\*\*\*) Arg. l. 3. ff. de officio Prætoris. Nam non omnia, quae legibus repugnant, irrita sunt legibus. GROTIUS de I. B. et P. l. 2. c. 5. §. 50. FREHERVS de famal. 2. c. 8. n. 13.

(\*\*\*\*\*) c. 8. X. ne Canonici vel Clerici. Glossac autor existimat, Sacra-  
rum

constitutis Tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem, appellatione postposita, interdicatur. Quod ad Nobiles attinet, negare non possum, multos esse, qui eorum intuitu Notariorum officium vile esse, volunt (\*) ducto potissimum argumento a mercatura, (\*\*) sed perspicacioribus JCTorum visum, ab Honorio et Theod. Nobiles non ab omni plane mercimonio, sed fordoio tantum; et perniciose urbibus i.e. monopolis excludi. Ast quis eo audaciae procederet, ut Tabellionum munus fordidam mercaturae compararet. Quapropter haud dubie Doctores, aliquique honorum luce conspicui Notariatuum sine dedecore recipiunt, cum ut tales instrumenta confidere nequeant. Neque enim honor superveniens mutat conditionem priorem, quamvis augeat statum. In ordinatione Maximiliani Notariorum classem Doctores, Senatores, Monachi et Clerici occupant; est tamen quaedam illorum prae cacteris praerogativa. (\*\*\*)

### §. XI.

Vt autem Notariorum muneri nec externa decesset species, placuit antiquitati, creationem eorum certis involvere solemnitatibus

rum ordinum Clericos, ne quidem in causa ecclesiastica coram ecclesiastico Magistratu Tabelliones esse posse, cum seculare munus sit, cui Clerici te plane immiscere non possunt. GONZALEZ ad cap. cit.

(\*) CHASS. Consil. 64. GVIDO PAPAE decis 90. A quibus tamen discedit COVARUV. præt. quæst. c. 19. Tabellionatus officium Boni nientes et Lucemfis Nobiles non dignari, BARZ decis. 50, 11, 12, tc statut

(\*\*) 1, 3, C. de commerciis et mercatoribus.

(\*\*\*) tit. 1, §. 5. cogi non possunt, ut instrumenta confidant,

bus ac ceremoniis. Notarius, absoluto examine, postquam, fidem suam jurejurando firmavit, per calatum five penum investitur, (\*) mit Überantwortung seines gebührenden Werkzeuges/ als Feder/ Papier/ Dinten und Schreibzeuges. Addebatur digito aureus annulus, et capiti Biretum simplex, libertatis fidelitatisque indicia. Conceditur denique ipsis singulare signum, nostro idiomate, Notariat-Signet uud Zeichen/ cui electo aut dato sententia vel prooemia, ut symbolum, adjici solet; cachinnis nonnunquam occasionem praebens. Hoc utatur, nec alio, nisi judge permittente,(\*\*) ne ex mutatione levitatis aut falsi argumentum ducatur: requirunt nonnulli, ut sit manuductum. Quodsi vero signum Notariatus absuerit, sub alia lege signationis annulum adhibere non poslunt, nisi addatur in Mangel meines Notariat-Zeichens/ mit meinen gewöhnlichen Petzschafft befrässtiger.

### §. XII.

Varia sunt Notariorum negotia, quae in judicialia et extrajudicialia dispesci possunt. Curant enim actus vel judiciales, et quidem proprie tales, idque ut personae principales, aut minus principales, five eos, qui certo duntaxat modo ad judiciales referuntur; vel extrajudiciales. Singulorum, quotquot jam se nobis offerunt, injicienda erit mentio.

### §. XIII.

(\*) Besold. in Thes. pract. vocab. Notarius. Quæ hic sunt Comitis Pa. latini partes, traditur ab VEEENBACH de J. A. cap. XI; attamen ritus ab eo annotati non ubique omnes obseruantur.

(\*\*) Ord. Notar. tit. I. §. 10. CHASSIANAEVS ad consuet. Burgund. p. 386.

## §. XIII.

Chartularios (\*) hosce judices nullas in jurisdictione, quam contentiosam vocant, habere partes, ferunt; cum illud nec ex Romanorum legibus, nec ex Maximiliani sanctione deduci possit. Neque Imperator cum Ordinibus ad exercenda territorialia judicia concurrit; atque sic ipsis haudquam facultas competit, per creationem Notariorum Germaniae provinciis judices dandi. Quae voluntariae jurisdictionis dicuntur, tales praesertim continent actus, qui non causae cognitionem, sed, ad majorem solennitatem roburque, personae publicae tantum requirunt praesentiam. Penes Romanos usu receptum erat, ut legis actiones Magistratum inniterentur auspiciis. Hinc id genus negotia, ubi causae cognitione non est opus, coram Notariis, ut personis publicis fieri posse, nullus dubito, nisi moribus aut legibus aliud obtineat. Etenim nullum inde jurisdictioni territoriali exoritur praejudicium, quoniam hujusmodi actus talis sunt naturae, ut coram quoconque, etiam incompetente judice celebrari possint. (\*\*) Sed contentiose jurisdictionis quid nos habere Notarios, forte arbitris, quia testium examen illis permittitur, quod etiam in invitatos exercetur: verum prout in invitatos exercetur, illis non competit, nisi quatenus vicario judicis utuntur jure. Saepe

F quo-

(\*) In eorum partes concedere non possum, qui volunt hoc nomen propterea Notariis inditum, quod olim, indulgentibus Imperatoribus, omnis generis lites, partium voluntate, dirimendi ius habuerunt: verum opinor, nomen potissimum inde exortum, quod literaturum ductibus et compendiis dijudicandis adhicerentur.

(\*\*) L. 36. ff. de adopt. l. 19. C. de test. l. 27. C. de donat. I AVTERE, Diff. de volunt. Jurisd. §. 22. MEV, ad jus Lub, p. 2, tit. II, art. 2, n. 104.

quoque Commissariis aut judicibus, testes examinaturis Notarius adjungitur; (\*) qui ex nonnullarum provinciarum legibus immatriculatus esse debet, et tunc, prout causae et circumstantiae ferunt, juramentum adjunctionis exigitur.

### §. XIV.

In Notarium, ut ab eo testes cum effectu probandi examinedur, compromitti posse, per ea, quae in jure de arbitris compromissariis sancta sunt, edocemur. Ast, una parte repugnante, illud fieri non posse, nec aliquid operari testium depositioni juramentum praemissum, communior est Doctorum traditio. (\*\*) Judicis enim est, examinare testes et recipere jura-

(\*) RVLAND. de *Commissariis* part. 1. lib. IV. c. XIV. n. 44. p. 2. l. 2. c. 3. Quodlibet Commissariis testes examinantibus jungantur Notarii, et conscribendis rotulis adhibentur. Doleendum sane, quae in ultimo Imperii Recessu de confidendo rotulo proponuntur, a multis ignorari, aut negligi. Praefat Notario cum persona fide digna, quam huic soli testium examen committere. Ut de aliis nihil moneam rationibus, Commissario, qui adjunctum habuit, magis creditur in his, quae de testis depositione notavit, quam testi negant, ita se dixisse. FABER in C. 1. 4. tit. 15. def. 53. Deinde notandum, SCACCIAM l. 2. de *judiciis caus. civil.* c. 9. 680. cum aliis docere, Notarium ad examinandos testes deputatum, alium non posse substituere. Vide detur enim hoc casu electa personae industria.

(\*\*) BRINCKMANN. de *Notariis* c. IV. quaest. 19. MEV. resp. s. comm. ad J. L. addit. Merckelbach apud Klock vol. 3. consil. 187. n. 118. CARPOV. l. 3. Respon. 81. n. 3. In ordin. Proc. Magdeb. c. 17. constitutum, Notarios, sub pena irriti, testes examinare non posse, additio Merckelbach apud Klock vol. 2. consil. 27. p. 250. ex Bursato; subditum, qui Notarii forensis examini

juramenta. Alia dicitur ratio Instrumentorum, in quorum confectionem uterque consentit, alia vero effatorum testium, ubi partis illius, quae eos non producit, dissensus publica judicis fide et autoritate est resarcendus. Quinimo minorem adhuc habere fidem instrumenta Notariorum, testium depositionem in crimina libus complectentia, appareat, cum causae ex delictis saepe sint arduae. Fateor quidem, ex textibus tam civilis, quam Canonici juris, (\*) qui pro contraria afferuntur sententia, non aequa valida peti argumenta: verum semper manet dubium, quare instrumentum Notarii, super depositione testium conjectum, non eandem cum illo habeat vim, quod negotium majoris saepe momenti respicit. Nec desunt, qui opinantur, testium rotulos a Notariis conscriptos, a monumentis publicis non procul abesse. Quod autem traditur, communiter esse receptum, testes a Notariis examinari non posse, exceptionem pati solet in defensione inquisiti, et causis momentaneae possessionis, quibus adde casum necessitatis. (\*\*). Neque puto, et alii Notariorum rotulis plane defrahi fidem, sed illos alia momenta adjuvare, ut eo facilius quis ad supp<sup>o</sup> letorum, aut purgatorium admittatur.

### §. XV.

Contentiosae jurisdictionis speciem sive umbram referre videtur, quod retorsio per Instrumentum a Notario, adhibitis testibus, legitime in literas redactum, fieri possit. Non eo infici as, conducere reipublicae et ordini judiciorum, ut retorquendi

F 2

li.

se permittit, statum & jurisdictionem Principis turbare. Curent igitur examinandi, sibi mandatum judicis monstrari.

(\*) Ludovici Diss. de notario testes examin. ante.

(\*\*) Ord. Proc. Magd. c. 17. §. 2. Quid in emendatione huius capitis apud Mylum p. 128, iub gravi tamen Notarii fallum committentis pœ na, est confirmatum.

licentia abrogetur, cum non multum ex aequitate et justitia trahat. Vnde RVLANDVM (\*) inductum existimo, qui ne gaverit, retorsionis instrumentum a Notario, ad talen actum, oblatō retorsionis libello, requisito concipi atque insinuari posse.

### §. XVI.

Minus dubii habet, subjungendos voluntariae jurisdictio-  
nis quid redolentes, aut ad eam accedentes actus a Notariis ex-  
pediri posse. Vbi observandum, nihil Notarios moliri posse,  
nisi quod expresse aut tacite ipsis a legibus aut moribus datum: tales  
enim concessiones strictiori plerumque sunt interpretationis.  
Coram Notario Supplicatio et Appellatio interponi potest. Jure com-  
muni coram Notario interponenda appellatio, nisi judicis  
copia haberi possit, non esse locum, constat. (\*\*) Jure  
vero Saxonico (\*\*\*) et Germaniae moribus, appellatio beneficio coram Notario uti possumus, et si judex adiri quisset.  
\*\*\*\* An autem testes sint adhibendi, jure praetertim Saxonico, non extra dubitationis aleam positum est: verum advocan-  
dos

(\*) de Commis p. 2. l. 5 c. 7 n. 4.

(\*\*) c. 27. X. de appellation. ubi traditur: si judicis copia haberi non posset, in praesentia bonorum virorum, protestatione super hoc proposita &c.

(\*\*\*) vid. tamen novissima constitutio in der Chur Fürstl. Sächs. Landes Erledigungen tit. von Justitiæ Sachen. Et alia sunt Germania terræ ubi appellations coram notario non sunt interponenda, nisi judicis copia haberi nequæat. BRVNN. proc. civil. c. 28. n. 53. Ordin. proc. Magd. c. 43. §. 1.

(\*\*\*\*) Ord. Camer. p. 2. t. 29. §. 5. Constit. Elect. Sax. 20. BEVST ad nrbr. ff. ac jurejur. CARPL. Proc. tit. XLIX. art. 3. n. 3.

dos esse, juri et Germaniae praxi convenientius est; atque particula exclusiva, quae est in lege Electorali, commode ad judicem referri potest. (\*) Quae de appellatione tradita sunt, etiam ad Leuterationem spectant, quoniam inter hanc et illam non aequa magna intercedit differentia, et in effectu nihil aliud est, quam appellatio quaedam. (\*\*) xupmibz-eud

### §. XVII.

Quid circa appellationum instrumenta observari debeat, monet Imperator Maximilianus. (\*\*\*) Oritur hic quaestio, an appellatio, coram Notario et testibus interposita, judici a quo insinuanda sit. Sed hoc non requiritur: (\*\*\*\*) tenetur autem Notarius Instrumento, quod apostolorum testimonialium loco est, inserere, coram se appellationem esse interpositam; et ut ex eo patescat, in scriptis fuisse factam, schedula appellationis est subjicienda. (\*\*\*\*\*). Consultius interim habetur, appellationem ad judicis ferre notitiam, quo ab attentatis revocetur,

F 3

cetur,

(\*) MOLLER *ad conf. 20.* p. 1. 714 72. CARPZ. *ad eandem def. 2.*

(\*\*) RAVCHBAHR p. 1. q. 12. n. 17. ZOBEL. p. 1. diff. 40. n. 5.  
CARPZ. l. c. def. 3. MOLLER l. c. n. 17. Nec minus in simpli  
ci querela Notariorum esse usum, reor. vid. prax. Imperii Aulic.  
45. RODING. l. i. tit. 19. P. C.

(\*\*\*) *Ordinat. Notar. tit. V. conf. STRYCK Introduct. ad prax.  
for. c. XXIII. §. X.* Formulam Instrum. appell. assert NEHRING  
*in manuali Not. lib. 3. p. 440.*

(\*\*\*\*) MYNSING. *Cent. 4. observ. 45.*

(\*\*\*\*\*) MOLLER p. 1. *conf. 20.* n. 13.

cetur, et exsecutio sententiae prioris sistatur. (\*) Sunt Germaniae territoria, in quibus appellationibus coram Notariis valor est abrogatus: sed nescio, an contra pacta universalia, ab uno aut altero foederis Socio aliter disponi queat. Deinde placuit, ut ea, quae Camerali ordinatione circa Processualia praescripta sunt, quantum fieri potest, in territorialibus patriae tribunali bus admittantur.

### §. XVIII.

Cum actus ejusmodi aliquid ex jurisdictione trahant, merito Notarius, alterius litigantium causae patrocinari, aut procuratorio praesto esse auxilio, abstineat. Nemo enim duplici munere, sibi invicem contrario, fungi potest. (\*\*) Enimvero si illius, cuius rogatu Instrumentum exceptit, partes tueretur, fides instrumenti, ac si non omne partis, cui addictus est, studium se posuisset, aliquo modo vacillaret; et si adverbae partis causam deinde procuraret, praevericationis aliquid afferre videretur. Unde regulam formant: In qua causa quis est Notarius, in ea non potest esse Advocatus. Eadem ratio est, quare Notarii in causa, in qua instrumentum confecere, inidonei reputentur testes, nec de negotiis a se gestis testimonium dicere, cogi queant. (\*\*\*)

### §. XIX.

Neque quis in negotio, in quo Notarii munus exercuit,  
Scribac

(\*) idem. P. 1. c. 20. n. II. MEVIVS P. 1. dec. 591. §. 4.  
dec. 326.

(\*\*) FRANZ. lib. 2. resolut. 13. n. 5. SCHWENDEND. ad FIBIGIVM  
p. 1. q. c. 2. n. 3. Ord. Proc. Magdeb. c. 17. §. 2.

(\*\*\*) BRVNUS. ad. 1. f. ff. de testibus CARPZ, p. 1. c. 16. d. 62.  
arg.

Scribae judicialis partes commode suscipit. (\*) Suspicionis enim semper aliquid haeret, quin studio partis, a qua est adhuc, in transversum abripiatur. Ceterum non improbo motu, qui tam in civilibus, (\*\*) quam criminalibus judiciis Notarios, conscribendis Magistratum libris, qui Protocolla dicuntur, praefici vult. Nam si Notarii tales sunt, quales esse debent, major sane eorum annotatis tribuenda fides, quam illorum, qui inepti saepe, Magistratum codicillis admoventur. Alia adhuc sunt, ubi in criminalibus Notariorum opera usui esse potest, nimisrum judicii et Scabinis in delicta inquirentibus non raro Notarius additur. (\*\*\*) Quæstio hic in transitu quasi se se offert, an delicta per Notariorum instrumenta probari possint? Nec puto, omnem vim probandi, ob fidem publicam, qua alias talia instrumenta gaudere solent, ipsis demi posse. Denique alibi adhuc in causis criminalibus adhibentur; videlicet in quaestionem acti,

post

arg. c. II. X. de probat. BOERIVS dec. 258. m 3. MEV. p. 4.  
decil. 391.

(\*) Zittaviae Scribae Civitatenses, inferiores tantum, ut puto, Notarii dicuntur. Edocet me hoc CARPZ. in *Analectis Pastorum Zittaviensium* p. 303, sed nescio, utrum sint Notarii creati. Saxoniae Elector, in ord. Proc. tit. 2. Notarium requirit. Vid. quoque ordin. proc. Goth. p. 4. c. 12. sed, ut ex resolut. grav. de anno 1661, apparet, non præcise a Palatino Comite creatum. In crim. causis actuarius aut publicus sit Notarius, aut talis ei adjungatur. LUDOVICI *Diss. de Notario test. exam.* §. 27.

(\*\*) CARPZ. Pr. crimin. p. 3. quæst. 113. MAVRITIVS *conf.* chilon. 2. n. 22. In Marchia Brandenburgica obtinet, ut, Fiscale Regio contra Magistratum aliquius loci inquirente, Scabinorum locum notarius occupet. *Ord. crimin. March.* c. 1, §. 12.

post tertiam torturam, reiteratae confessioni cum testibus adesse solent. (\*)

### §. XX.

Attexere juvat, Camerae, et, quae ad ejus imitationem in Germania stabilita sunt, summorum Tribunalium esse Protonotarios. Hi vota judicantium excipiunt, et secundum maiorem illorum numerum sententias consignant, consignatas praelegunt, et illi, qui referentes partes sustinuit, ad subscriendum offerunt. Alia denique hisce incumbunt, quae in ordinationibus summorum Tribunalium recensentur. (\*\*) Sunt illis in Camera, ut monui, Notarii quidam subordinati, qui eis succedere solent.

### §. XXI.

Porro ad actus judicialis quid referentes, aut ejus analogiam habentes, spectat possessionis traditio vel apprehensio, quae coram Notario et testibus fieri potest. Testes, sicut in aliis negotiis, ita et hic, necessarii. Quanquam enim, ex Doctorum quorundam opinione, Notario magis credatur, quam testibus; imo duobus, interdum tribus eorum aequiparentur; (\*\*\*) attamen, ut fileam, tradita illa non absque ratione multis displicere, scripturae Notarii sine testibus, ut eo magis de veritate persuasi esse queamus; non habetur fides. (\*\*\*\*) Effet enim, ac si in propria cau-

(\*) STRUV. jurispr. R. G. p. 668.

(\*\*) Ord. Camer. p. 1, §. 28. 29. Summi Appellationum judicii, quod Cellae est. ord. tit. 3.

(\*\*\*) Conf. MOLLER P. 1. const. 20. n. 2. p. 3. c. 5. n. 10.

(\*\*\*\*) Nov. 44. in praefat. et. n. 73. c. Sed et si Instrumenta, STEPHANI de jurisd. l. 2. p. 2. c. 5. n. 34. In Gallia duobus notariis extra judicialiter rogatis, absque testibus fidem habeti, TIRAQVEL. LVS de rer. gentilis, testatur.

causa testis esse vellet.

### §. XXII.

Nec in publicos Notarios, tale quid suscipientes animadverti potest. Eset enim refragari Cæsaris voluntati. Solent autem in apprehensione et resignatione possessionis, etiam analogicæ, more Majorum, certa observari symbola. (\*)

### §. XXIII.

Sunt adhuc permulti alii similis fere tenoris actus, quibus expediendis Notarii interesse solent. Tales sunt: fines regundi, taxationes et inspectiones oculares, novi operis nunciatio, pignoris publici constitutio, (\*\*) distractio pignoris, obsignatio, testamenti publicatio, inventarii confessio. (\*\*\*) Nefcio, an ad actus,

G judicialis

(\*) Vid. Instrumenta apud LÜNIG. P. 2. Spicil. Eccles. p. 407. 410. 425.  
etcc. Formulae instr. apprehensæ posselli assert NEHRING l. 3. p. 471.

(\*\*) l. 5. C. qui potiores in pignore.

(\*\*\*) STRYCK. V. M. ff. lib. 28. tit. 8. §. 5. MEV. P. 2. Decis 356.  
LAVTERB. Dissert. de Inventario hereditatis §. 10. ubi  
probabilem asserti opinionem, unum sufficere Notarium, licet  
Imperator Tabulariorum mentionem faciat, Inventarium, ac-  
cepta mercede, hereditibus eisque, qui speciale docere possunt interesse, est  
extradendum, si petentium ius ad hereditatem liquidam sit. MEVIVS  
p. 2. decis. 254. p. 8. d. 407. Docent, si Notarius scripturas a  
se confessas omnibus occulet, falsi suspicionem incurere; aliquibus  
rantum notitiam carum subtrahentem, ad interesse in loco, ubi officium  
exercuit, conveniri posse, aequa ac, si in cuando munere negligens fue-  
rit, nisi de re aliunde constet. CASTRENSIS Confil. 60. MAGONI-  
VS decis. LUCC. 65. n. 5. Quodsi autem Inventario vis proban-  
di

judicialis quid referentes spectet, quod, secundum nonnullorum opinionem , (\*) matrimonium inituri mutuam coram Notario fidem declarare possint. Quae circa hos et alios actus Notarium nosse conductit, altera Dissertatio de *Notariorum canticis*, quas cautelas dicunt, divina facente gratia brevi habenda, exponet.

### §. XXIV.

Jam sequuntur actus (\*\*) regulariter ex qualitate judiciali nihil aut parum habentes ; inter quos sunt mandatorum et syndicatum compositio, (\*\*\*) protestationes, in primis contra acceptationem cam.

di aduersus debitores competere debeat, requiritur (1) ut debitor ad videntem fieri Inventarium fuerit citatus, (2) tenor obligationis inventarii insertus, vid. latius haec prosequentem TEXTOR Decis. palat. 53. Vtile quoque est, Curatori bonorum Notarium jungere, qui repertorium, conscribat, MEV, ad t. L. I. 3, tit. 1. art. 10. Denique notandum, in quibusdam locis tam publicationes testamentorum solennes, quam ob-signationes & inventaria praeclite competentis judicis autoritate fieri.

(\*) RICHTER P. 3, decis. 113, n. 10.

(\*\*) Non nego, interdum aliquot eorum talem habere suppositionem, ut & ad judiciales referantur.

(\*\*\*) Ord. Cancel. Calenb, tit. IV. Ex judiciorum observantia ; mandatum sigillum pariter & subscriptionem requirit, syndicatus autem non nisi publicum Universitatis sigillum, si quod extet. CARPZ, Proc. tit. V. art. 4. L A V T E R B. dissert. de Syndicis §. 76. Quid ad authenticationem & authorisationem Mandatarii constituti requiratur, vid. ap. B O E R. decis. 281, n. 3. M E V. P. 20. Decis. 155.

cambii, quae coram Notario et testibus fiat. (\*) donatio Geradae quingentos solidos Vngaricos non excedens, (\*\*) ultimorum voluntatum consignatio, ubi, an testium numero esset, quaerebat Domitus Labeo, sed male obinde a Celsio (\*\*\*) multatus est, quem inciviliter egisse arbitrantur. Ad sustinendam eō melius testamenti nuncupativi fidem, instrumenta componunt. Ita et circa testimoniatorum insinuationem, Principi aut judici faciendam, utilis esse potest Notariorum opera; quanquam de insinuatione dicta communi repugnant opinioni, et praxi forensi. Porro huc pertinent (\*\*\*\*) elaborations contractuum, ubi eorum, qui scribere ignorant, nomina addunt, conficiuntque super licitis (\*\*\*\*\*) instrumenta, eorumque exempla suo: vidimus corroborant, regulariter tamen non in il-

G 2 lum

(\*) VFFENBACH. *Diss. de praefat. in cambiis c. 7.*

(\*\*) *Conf. 14. p. 2. confit. Elec. noviss. 22. Curatorem requirit.*

(\*\*\*) Videtur Dornitius Labeo excusari posse, atque inde non satis meretur, ut quaelio stulta Domitiana dicatur. Conf. SCHILTER de ratione resolventi textus iuriis p. 8. VFFENBACH de *judicio Aulico. c. XI.* p. 142.

(\*\*\*\*) Oportet autem, ut Notarius in praesentia parsium & testium scribat contractus, artemque recipiat, dcinde vero alta voce praeclegat, sedulique sint illi, quorum interest, ne aliquid omitatur. Omissum enim a Notario suppleri non potest, per praefantium lucidorem mentis explicationem. ANTONIVS FABER in *Cod. Sabaud. l. 8. tit. 27. def. 31. n. 7. Ordin. Notar. tit. 1. §. 23.* Sic & error emendari nequit; vide tamen limitationes apud FARINACIVM p. 6. opp. *criminal. quæst. 156.*

(\*\*\*\*\*). Ab hoc munere plerumque se excusare nequeunt, nisi sint Doctores, Senatores, Monachi aut Clerici. Imo ad officium requirenti praefandum mandatis personibus adiunguntur, licet opem advertitus Magistrorum praebere debeant. MEVIVS p. 2. *defis. 5. GAIL. l. obs. 106. SCHILTER exercit. ad ff. 7. §. 35.*

lum effectum, ut sine originalibus probent. (\*) Hisce resignationes et renunciations, ubi Notarii de certioratione, ut vocant, mature cogitent, accedunt. Nullus tamen dubito, quin mulier Sct. Vell. (5) valedicēns certior fieri possit ab alio. Nam sufficit, renunciantes de beneficiis suis edoceri, quod sola juramenti vis suppleret non potest. Juramentum enim non est explicatio, sed vinculum animorum. Quid, si dixerit (\*\*) Notarius, mulierem a se de vi SCt. Vellej. esse admonitam, in mulierem contrar. afferenti probationem transfert.

### §. XXV.

Antequam ad instrumenta Notariorum publica deveniam, quae. dam de Protocollo adjungenda erunt, quoniam huic, quicquid ha- bent fidei, debent. Itaque in dubio, ubi contendunt major pro Proto- collo, quam pro Instrumento sive authentico parti tradito, est fidei praesumtio. (\*\*\*) Cujusque enim rei origo est spectanda, a qua, tanquam a fonte, reliqua omnia profluent. Inde colligunt, etiam abbreviaturae, tanquam matrici, plus deberi fidei, quam proto-

(\*) MARTINI *Comment. forens. tit. 24. §. 2. n. 10. seqq.*

(\*\*) Si instrumentum dicit, mulierem esse certioratam, pro eo praesumendum videtur. Nam maxima Notario tribui solet fides. GRAT. t. 3. *discept. for. c. 550. n. 18.* Interim haec opinio fatis dubii habet. ANTO- NINI *THESAVRI Florentin decis. XXII. n. 7. 8.* vbi de quaest. si in caeterato scriptum reperiatur: quae mulier in formata &c. renuntiavit &c. an de certior, aut renunciacione, Velleja ni intelligatur, agit.

(\*\*\*) MARTINI *tit. 20. rubr. SVRDVS consil. 141. n. 8.*

protocollo extenso. (\*) Non erimus jam admodum solliciti de differentia, quae est inter Protocollo extensem et caeteratum, quo utroque Notarius uti solet; (\*\*) sed memorabimus tantum, nos per Protocollo intelligere, brevem rei gestae annotationem, memoriae causa factam, ut exinde postea desumantur Instrumenta. (\*\*\*) Ut autem rite et decenter omnia fiant, oportet Notarium esse rogatum, (\*\*\*\*) rogationisque ab iis, a quorum voluntate negotium dependet, facienda, in instrumento mentio iniciatur, quod factum esse, in dubio non praesumitur. (\*\*\*\*\*). Est autem Notarius de iis, quae sensu, non autem, quae iudicio intellectus percipiuntur, rogandus. (\*\*\*\*\*)

G 3

In

(\*) MASCARDVS *de probat. Conclus. 250, n. 5. 6. MENOCHIVS lib. 2<sup>a</sup> de arbitr. jude. quæst. c. 157.*

(\*\*) BRINCKMANNI *Dissert. de Notariis, posit. 28<sup>a</sup>*  
Conserue autem cacteratum, sive elegantius adhuc, bastardellus, broliardellus, imbreviatura, ut matrix Instrumentorum, summatim & abbreviate, quae deinde sub certa forma in alio extenduntur. DECIVS *Conf. 447. COVARUV. præt. quæst. c. 19. n. 6. IV.*  
Imbreviature plenam adscribunt fidem, si authentizum partibus traditum, aut in extenso, quoad omnes publici instrumenti solemnitates, descripsum existet; semiplenam vero, si sola adsit, cuiamvis subscriptio aut signum deficiat.

(\*\*\*) LAVTERB. *ad tit. ff. de fide Instrumentis.*

(\*\*\*\*) De quæstione, an duo Notarii rogati credantur esse rogati in solidum, consule THESAUR. *Decis. 145. Ord. Notar. tit. 1. §. 5.*

(\*\*\*\*\*+) FRANTZK. *l. 2. ref. 17. n. 17.*

(\*\*\*\*\*+) RICHTER *p. 1. decis. 32. PHILIPP, ad decis. Elect. 20.*  
Quid circa iudicium, sensuum Notario, quid testibus, incumbat, vide in *Ord. Notar. tit. 1. §. 6.* Nocturno tempore, ne sensuum iudicie-

y

In talibus autem casibus, ut Magistratus auctoritas accedat, plerumque non requiritur. (\*) Antequam autem ad confidendum Protocollum procedat, probe intentionem partium investiget; (\*\*) et si quid a legibus aut moribus abhorrens intendant, ut ab eo desistant, adhortetur.

### §. XXVI.

Postea imbreviaturae ipsi manu admoveat, (\*\*\*) et negotium, pro desiderio partium, (\*\*\*\*) delcribat, illarum, ut et

um fallatur, Instrumenta confici nequeunt, nisi periculum sit in mora, utilitia ad minimum lumina accendenda esse, perhibent.

(\*) SCACCIAE de judiciis caus. civil. et crimin. l. 2. c. 11.

(\*\*) BRINCKMANN quæst. 37.

(\*\*\*) Licet enim Notarius concedat, Instrumenti, quod absolvit, ingrossationem, alii committere; attamen in Protocollo confidendo ejusque extensione, cum sibi regulariter substituere non potest Ordin. Notarior. tit. 1. §. 8. 9. NATTA Consil. 224. vol. 1.

(\*\*\*\*) Tame si partes in omnia, quæ circa negotiorum perficiendum legibus, moribus, & naturæ rei convenient, contentire praetulantur; iatius tamen est, ut Notarius testibus praesentibus, quos specialiter esse rogatos non requiritur; partibus summarie ad minimum, quæ sit natura negotii, quæque sint clausulæ, quibus illud apud se actum innaturat, exponat, curique, ut partes consensum suum profiteantur, Ord Notarior. tit. 1. §. 9. 10. Hoc D. D. instrumenti publicationem appellant, qua omissa Instrumentum pro nullo habeti dicitur. ALEXANDER lib. 1. Consil. 77. n. 8. Atque inde cum haec a Notario, ut par est, facta credantur, proprius iuramentum ejus, praesumitur clausulas consuetas rogatus adiecisse. BERTAZOLLVS Consil. criminal. 53. n. 14. CARPZOV. p. 3. Dec. 234. l. 1. resp. 63. n. 19. MENOCHIVS praesumt. 79.

et testium nomina, una cum tempore et loco addat, et denique subscribat et sigillo suo muniat. Testium et contrahentium subscriptionem quamplurimi DD. non requirunt. Haec deinde, integris literis et formulis latius extensa, Protocollo extenso nos men dant. (\*) Ex hoc deinde Notarius originale transsumit, illud que partibus tradit.

### §. XXVII.

Ad publicum Notarii (\*\*) Instrumentum (\*\*\*) requiritur,  
ut

MVII. l. 2. COLERV de processibus executivis p. 1. c. 10. n. 440.  
Tacite autem nullae clausulae subintelliguntur, praesertim momenti cuiusdam.

(\*) nemo alterius imbreviaturam sine iudicali iussu extendere potest,  
Ord. Notarior. tit. §. XVII. Quaenam hic observanda sint, vide apud  
WVRMSE. obseruat. 3. tit. 17.

(\*\*) Qualitas notarii in dubium vocata probari debet. CACHERANVS  
decis. 117. n. 3. s. De praesumptionibus huc spectantibus MENOCHI-  
VS in prasumt. opere agit.

(\*\*\*) Ad Instrumenta notariorum pergamenum requirit FRIDERICVS  
II. lib. II. tit. LXXXVIII. consti. Sicul. p. 744. Cod.  
Lind. MAXIMILIANVS I. in Ord. Notarior. §. 19.  
vbi notarum & Zistarum, praesertim ignorarum, ultum interdicit, idem  
sanxit. MYNSINGER I. Obs. 30. docet, & hodie nullum esse in-  
strumentum, nisi in membrana scribatur; illius opinio exceptiones admittit,  
quas vide apud HAHN ad WESENBEC. b. 2. n. IV.  
Imo REIGERS in additionibus ad Mynsingherum afferit, & bodie  
in Camera chartacea recipi Instrumenta. Quod tamen ad Instrumenta ap-  
pellationum non videtur esse extendendum.

ut 1) invocetur nomen (\*) divinum, 2) adjiciatur annus Christi (\*\*) et indictio, (\*\*\*) 3) nomen Imperatoris et Papae, si ab utroque est constitutus, 4) mensis et dies, hora, locus loci, 5) narretur causa summarie, cum omnibus circumstantiis rei gestae,

(\*) *Rec. Imp. de anno 1512. §. und nachdem. vid. LAVTER. Comp. ff. rit. de fid. Instrum. Iure Romano invocatio nominis divini non erat necessaria, hodie autem, nec in Judæorum instrumentis omitti potest. BORNITIVS de Instrumentis p. 1. l. 2. c. 19.*

(\*\*) *Incertum est, quando anni Incarnationis publicis coepit adiici documentis. Quod ad Diplomata attinet, Caroli Magni genuinas adesse chartas, quibus anni incarnationis subiecti sint, MABILLON de re diplom. lib. 2. c. 27. §. 4. fatetur, Reperto etiam apud BVCELINVM Diploma Caroli M. quod Hildegrinus notarius ad vicem Alcuini recognovit, ubi habetur annus Christi DCCCII. Sic & sub Diplomate, quo Menachis Helmstadiensis bona quedam donat, idem annus incarnationis appetit. Neque ita exilium Mabillonii sententiam omnino esse veram, quod non sub donationibus piis, sed tantum sub chartis ad rem publicae constantibus anni Incarnationis tum temporis adhibiti fuerint. Ludovici pri*

*quaedam Diplomata, annos Christi referentia, habet CONRINGIVS c. 3. censurae Diplomatici Lindav. Atque ita affirmantur sententiae, quod ante Ludovicum Germanicum anni Incarnationis sub Diplomatibus non fuerint visi, subscribere non possum. Deinde MABILLONIO de re Diplom. lib. 2. c. 35. tuto haberi non potest tides, quando putat, nullam sinceram Pontificum ante Leonem IX, cum hoc calculo reperiit Bullam, Si Gregorii I. privilegium, Monast. S. Mercardi datum, quod annum Incarnationis refert, genuinum esset, diu ante mos hic invaluerisset. Sed suppositum dicitur a LAVNOIO & BLONDELLO l. c. p. 647. vid. tamen, quae in defensione in Decret. Pontific. epistol. quas BLONDELLVS impugnat, habet PAGI cit. ann. Baron. t. I. p. m. 92. n. IV. seqq.*

(\*\*\*) *Indictiones, quarum numerationem hodie observamus. Constantinum habent*

gestae 6.) addantur nomina et cognomina testium (\*) 7.) tandem subscribatur et subsignetur: cuius omissio totum instrumentum vitiat.

### §. XXVIII.

Sunt adhuc circa instrumenta nonnulla notanda. Caveant primis Notarii, ne in extensione aut ingrossatione, ut ajunt, Instrumentorum aliquid radat; illud enim Instrumenta suspecta reddit. Quodsi autem contingit, ejus in Instrumento aut subscriptione

H mentionem

habet Auctorem vid, HENRICI NORIS tractatum, quem inscribit *annum & Epocham Syro-Macedonum Diff. 3. p. 199.* CALVIS, in opere chronologico p. 516. Dubitat quidem de eo PETAVIVS in rationario temporum P. 1. lib. 6. p. 339. Sed confunduntur saepe diversa genera indictionum, vid. Cardinalem NORISIVM l. c. & Diff. IV. p. 406. Carolus Magnus post adeptum occidentis Imperium, Indictionis usum more Imperatorio adhibuit; MABILLON de re diplom. l. 2. c. 24. Vbi etiam agit de tempore, quando sub Pontificum Bullis Indictiones adesse cooperint. Conferatur quoque COVARUVIAS l. t. variarum resolut. c. 126.

- (\*) CARDIN. MANTICAE *decis. Rotae Romanae* 79. n. 3. & 174. n. 2. Quodsi plures non in solidum rogati sint, omnes subscribere tenentur. SCACCIAES l. 2. de *juicie, canis, civil. & criminal.* c. II. n. 551. 560. Si Notarius aliud, quam Notarium Sigillum adhibuit, requiritur iuramentum suppletorium, RICHTER. p. 1. *decis.* 32. CARPZ. l. 3. resp. 35. Solennitatibus, cum lege aut consuetudine sint introducet, partes renunciare non possunt. Nec Notarius omissa, praeter locum & diem, nec in continentia adicere potest. GILHAVSEN arbor judic. c. 6. p. 3. n. 40. Porro & totum corruit instrumentum, si vitio Notarii falsitas irrepit, aut aliunde adveniens substantialia afficit. MASCARDVS de probat. conclus. 743. De quaestione, an talia instrumenta per testes enervari queant, vide COVAR. P. Q. c. 20.

mentionem faciant. (\*) Putant tamen, rasuram vel lacerationem non attendi, si non sit in loco aliquo suspecto, aut etiam substantiali vel magni admodum momenti. Sic et probe circumspicient, ne ullo modo errorem committant: quodsi hoc factum, error non nisi autoritate judicis corrigi potest. (\*\*)

### §. XXIX.

Nec instrumentum absque omni falsitatis vel corruptionis suspicione est, si sigilla sint infracta: (\*\*\*) magis tamen de veritate ejus dubitatur, si quaedam continet non vera, aut non aequa verosimilia, (\*\*\*\*) utpote quae ipsorum pacifcentium

(\*) *Ord. Notar. tit. 1. §. 81. BERTAZOLL. Confil. crim. 411. n. 11. 120.*  
Colligunt falsitatem Instrumenti ex diversitate manuum, ut & si in margine instrumenti aliquid additum. MEIER in Colleg. J. A. l. 22. t. 4. ibef. 18. GOSW. ab ESCHBACH ad Carpz. p. 3. c. 3. def. 5. Vitiatur Instrumentum, si constet, alio loco & die confessum esse, ut & majorem suspicionem error in anno, quam in Indictione excitat; quanquam nec difficile admodum sit, indictionem invenire. vid. LAVTERB. ad. tit. ff. de fide Instrum.

(\*\*) *Ordin. Notar. l. c. §. 22. Jo. MASCARDVS de probat. Concl. 126.* Absque judicis ope, si quid ob errorem Notarii in substantialibus est omissum, nullum sit; potest tamen pars inde laesa Notarium ad Interesse convenire.

(\*\*\*) vid. tamen MEVIVM *Confil. 90. n. 11.*

(\*\*\*\*) MEV. *Confil. 57. n. 54. MENOCH. de arbitrarili judicio quaeß. c. 442. n. 59.*

um vel loci aut provinciae moribus, ubi instrumentum conditur, vel naturae negotii repugnare videntur. Diversitas etiam stylis fidem instrumenti minuit, ut et, si in eo illorum, quas non existant, aut valde sunt incerta, mentio injiciatur. Circa talia enim hominum conventiones versari non solent, et stylis diversitas, plures instrumento manum commodasse scribentes, arguit. Genius enim humanus, eodem plerumque modo in animi lensa, et quae percipiuntur, exprimenda ferri solet. Adde, et ex mutato atra-  
mento, inferri suspicinem. Denique inducta et incisa instru-  
menta, et si quae alia sunt hujus generis vitia, ab alle-  
gante probanda, Instrumentorum fidei derogant; (\*) Judicis ta-  
men arbitrio hic aliquid dandum erit. (\*\*)

## §. XXX.

Opera autem danda, ut, quantum fieri potest, fides In-  
strumentorum conservetur. (\*\*\*) Hinc a judice aequae interpretatio-  
nis regulae sunt adhibendae, quas recta ratio suggerit, & a GROTIO,  
MENOCHIO & MANTICA aliisque, sed spartum & imperfecte ad-  
modum, in lucem sunt productae. Deest proh dolor! Jctis herme-  
neutica, de quo viri eruditii jam dudum conquesti sunt. (\*\*\*\*)

H 2

Feldeni

(\*) BALDVS *Consil. 305. BERTAZOLL. Consil. 535. n. 7.*  
et S. LAVTERB. *Disst. de cancellationle §. IX.*

(\*\*) VINCENTIVS *de Franchis decis. 485. MENOCH*  
*Consil. 409.*

(\*\*\*) Contra publica haec instrumenta admitti tamen probationem in contrarium,  
docet GAIL 2. obs. 77.

(\*\*\*\*) De hermeneutica generalia quedam tradit LEIBNITZ *in nova*  
*methodo docendae discendaeque jurisprudentiae, part. special.*  
§. 66.

Feldeni liber de viri ingenio quodammodo testatur; sed leges, pacta et instrumenta exposituris, non magnam praebebit utilitatem.

### §. XXXI.

Cogitur autem Notarius, licet Notarius esse desierit, partibus earumque procuratoribus et haeredibus aliisque, quorum interest, Instrumenta edere. Si altera editio petatur, Judicis auxilium est implorandum, si eam Notarius denegat. (\*) Ad editionem etiam tenetur heres et Pater Notarii, ut et qui in ejus locum est surrogatus, & ad quem defuncti Notarii originalia aut Protocolla pervenire. (\*\*)

### §. XXXII.

Attamen, ut instrumenta ante mercedis solutionem (\*\*\*)  
tradantur, Notarii compelli non possunt. Habent enim in iis, ut Ad-  
vocati in Actis, jus retentionis. (\*\*\*\*)

### §. XXXIII.

(\*) Ord. Notar. tit. 1. §. 23.

(\*\*) BORN ad univers. jus jud. Diff. 1. thes. 54.

(\*\*\*) Merces secundum loci statuta & mores, aut aequitatem est deter-  
minanda; nescio autem, an ubique obtineat, quod DD. tradunt, pro  
conficiendo testamento reciproco, duplex deberi honorarium, ut & pro  
imbreviatura, & avthentico, GAIL, 2. Obs. 117. FINCKELTH.  
Obs. 40.

(\*\*\*\*) Ord. Notar. tit. 1. §. 16. Addit. ad Decis. DE FRAN-  
CHIS 262, n. 6.

## §. XXXIII.

Praeter mortem naturalem & civilem, Notarii munus superveniens dignitas, quae cum Notariatu stare nequit, tollit, ut et renunciatio. Resignatio autem officii non, nisi in manus concedentis, fieri potest. (\*)

## §. XXXIV.

Denique amittitur haec dignitas, si Notarius suo munere nolit, aut ob summam imperitiam prorsus fungi non possit; ut si super contractu usurario, in improbi foeneratoris utilitatem, aut simile instrumentum conficiat; patitur enim famae deliquium (\*\*) soletque adhuc exilium aut alia arbitraria poena addi; quod etiam, juxta regulam, si sibi ipse aliquid in testamento adscriperit, obtinet. In territorio Brunsv. Notarius super illicita alienatione aut operatione praediorum, quae rustici habent clientelaria, instrumenta conficiens, privationis et infamiae poena afficitur. (\*\*\*) Gravius quid adhuc accedit, si simulatum aut falsum Instrumentum confecerit, nimurum manus amputatio. (\*\*\*\*) In Ducatu Magdeburgico, si

H 3 quae

(\*) FABER. Cod. Sabaud. l. 2. t. 8. Defi. 22. Finckelth. Obs. 98.  
MEVIVS ad f. L. lib. 3. tit. 8. art. 15. VMMIVS  
ad. proc. D. 17. thes. 7. n. 36.

(\*\*) Ordinat. Polit. Augst. de anno 1548. tit. 37. et de anno  
1577. eod. tit.

(\*\*\*) Conf. Henrici Julii de anno 1593. Ord. Provinc. Brunsv.  
§. 30.

(\*\*\*\*) MYNSING. 6. Obs. 65.

quae adiunt falsitatis vestigia, virgis caesus in perpetuum relegatur. (\*) Severissima Neapolitani in hoc crimen animadvertisunt poena, nempe capitis. (\*\*) Hoc omnino admittendum est, si innocentii falso ejusmodi Instrumento mors sit alata. (\*\*\*) Plura jam addere, temporis ratio non patitur.

F I N I S.

(\*) Ord. Proc. emend. c. 17. apud MYLIVM p. 128.

(\*\*) VINCENTIVS DE FRANCHIS Decil. 444. n. 4.

(\*\*\*) BERGER, Obs. 56. ad elect. crimin. p. 177.

### SPHALMATA TYPOGRAPHICA EXSTANTIORA.

- p. 4. l. penult. pro *Comenae* lege *Comnenae*.
- p. 8. l. 1. post *est*, *inser*. et. ibid. l. 2. pro *linguam* lege *lingua*.
- p. 10. l. 1. pro *primicerio* lege *primicerio*. l. 3. in notis pro *Secundocrius*  
*et Tertiocrius* lege *Secundocrius* et *Tertiocrius*.
- p. 30. in notis l. 8. pro §. 14. lege §. 29. addatur art. 8. §. 4.
- p. 43. in notis l. 3. pro *examin* *anta* lege *examinante*.
- p. 50. l. 5. pro *facente* lege *farente*. l. antepenult. pro *mandataris*  
*lege mandati*.
- p. 52. l. 9. pro *afferenti* lege *afferentem*.
- p. 54. l. 2. autem *deleatur*.

**ULB Halle**  
003 339 807


3



TA-02







DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> ACADEMICA  
DE  
**NOTARIIS**  
QVAM  
P R A E S I D E  
**JO. WILHELMO GØBEL**  
J. V. D. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA  
REGIO DVCALI JVLIA P. P. O.  
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO  
ÆTERNUM COLENDO  
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI  
AD DIEM X DECEMBR. MDCCXXIII.  
SVBMITTIT  
**LVDOVIC. JVLIVS VRBANVS**  
**Frændenfeldt**  
WOLFFENBUTTELENSIS.

HELMSTADII,  
LITERIS IOHANNIS STEPHANI HESSII.